



# De eucharistica controversia capita doctrinae theologicae

<https://hdl.handle.net/1874/423578>

3.

ge  
DE  
**E V C H A R I-**  
**S T I C A C O N T R O V E R-**  
**S I A C A P I T A D O C T R I N A E**  
**T H E O L O G I C A E , D E Q V I B V S M A N D A T V**  
**I L L U S T R I S S I M I P R I N C I P I S A C D O M I N I ,**  
**D . I O H A N N I S C A S I M I R I , Comitis Palatinus ad Rhenum ,**  
**D u c i s B a u a r i æ , T u t o r i s & A d m i n i s t r a t o r i s E l e c t o r a l i s P a l a t i n a t u s , o c t o-**  
**n i s p u b l i c i s D i s p u t a t i o n i b u s , ( q u a r u m p r i m a e s t h a b i t a 4 A p r . A n n o A e r e**  
**C h r i s t i a n a e 1584 , M a r c o B e u m l e r o r e s p o n d e n t ) p r a f e s I O H A N N E S**  
**I A C O B U S G R Y N A E V S , o r t h o d o x æ f i d e i r a t i o n e m**  
interrogantibus placidè reddidit.

*Accessit,*

*E I V S D E M I O H A N N I S I A C O B I G R Y N A E I*  
*Synopsis Orationis , quam de Disputationis euentu , congreßione nona ,*  
*qua incidit in 15 Aprilis , publicè habuit .*

*E d i t i o t e r t i a .*

*Psal. 119. 22, 23.*

*A u o l u e à me opprobrium & contemtum : quia testimonia tua eu-*  
*stodiu i. Etiam Principes sedent & aduersum me loquuntur : interea ser-*  
*vus tuus meditatur edicta tua.*




HEIDELBERGAE  
Typis IACOBII MYLII, Anno 1584.

PIO ET AEQVO  
LECTORI,

S. D.

Vum vana pro veris sapè valeant, maximè in bellis: ut dixit Liuins:  
Qac vt belli, sic auditionis fama que quæ mobilitate viger, vireque  
acquirit eundo, inaria multasint: huic tertia editioni Disputationis de  
Eucharistia, adiuncta est superioribus mensibus, (non sine scitu vo-  
luntateque Superiorum) edita hec Orationis, de Disputatione Heidel-  
bergenſi de Eucharistica controuersia, quasi quædam synopis: ut eadē  
opera, & satis fieret ijs, qui citra præiudicium, rem totam, ut ea acta fuit,  
cognoscere & dijudicare, cupiunt: & haberent cæteri, qui fabularum qua-  
rundam, hoc semestri sparsarum, auditione non nihil obstupefacti sunt, cur  
earum Mercurijs, Ciceronianum illud regerant: Ementiuntur sapè homi-  
nes, in eos, quos oderunt. Tu, quisquis es pie Lector, vnā nobiscum com-  
precare Christum Iesum Dominum nostrum, ut nobis quidem adiungere  
pergat veritatis comites, Sapientiam & Constantiam: ijs autem, qui seipſos  
& alios, fabellis inanibus lactant, det, ut vel confusioſis sua metu adducti,  
istud Augustini (veritate vinci bonum eſt) tandem amplectantur, & fe-  
quantur: nec eam pertinaciter oppugnando, dedecus & noxam certissi-  
mam ſibi ipſis accerſant, Vale optimè.

IOHANNES IACOBVS  
GRYNAEV SPIO LECTORI  
S. D.



Anc imaginem, optime Lector, tūm  
maximē mecum ipse repeto, cūm anis  
num subit cogitatio de iniqua alies  
norum scriptorum censura. Quem-  
admodum Chamæleon omnem imis-  
tatur colorem, præterquām candi-  
dum: sic nonnullinihil nō in alienis  
scriptis obseruant, vt videlicet habe-  
ant quod carpanit; cetera, qua laudas  
re poterant, cum fastidio prætereunt. Si Cittaeus ille Zeno super-  
stes esset, vel ad ethnicum Philosophum, illi Censores ablegandi  
nobis erant, vt eo magistro discerent, in aliorum libris, non ea tan-  
tum quæ culpari, sed etiam quæ merito laudari possunt, ac etiam  
debent, diligenter obseruare. Memoriae enim de eo proditum est,  
qua si se ex quodam alio, qui plurima Antisthenis sibi admodum  
displacere dixerat: An ne aliqua in eiusdem libris haberentur, quæ  
placerent? Hoc autem respondent, se ne scire: tum Zeno, Næ,  
inquit, oportet te esse hominem gnauiter impudenter, qui ea tantum  
ex Antisthenis scriptis excerptas, quæ carpere possis, non etiam  
qua laudare! Utinam ille quisquis tandem fuit, primus postea  
mus illa T̄b̄ nāonētia laborasset.

Reprehendit Plutarchus, & merito quidem homines in-  
gratos & querulos, qui Naturam accusant, nec interim eius com-  
moda & beneficia agnoscunt: ac eos similes esse dicit ijs, qui ne-  
glectis pulcherrimis versibus Homeris, queruntur quosdam eius  
dam Poëtæ versus esse ἀκεφάλας, capite diminutos, quosdam  
μειόσας. Sed quām multi nunc magnorum hominum Caluini,

## PRAEFATIO

Martyris, Melanchthonis, Buceri, eruditissimas diuinæ Scripturæ expositiones, lectione sua non dignantur: quædam autem polemica virorum illorum de Cœna Domini scripta, per transiit nam inspiciunt, ex ijs nonnulla excerpunt, & male interpretando deprauant: ac opinionis nouæ monstrum à se se confitunt, illis tanquam auctoribus affingunt & tribuunt, & Andabatismo deinde oppugnantes, imperitis auditoribus fumos vendunt? Accidit autem & his, qui factione delectantur, & alienæ fabulae apud plausores agunt, quod tauris canibusq. Ut enim taurus æstrum, canis crotonem in aures semel immissum, excutere nequit: ita nec eiusmodi auditores, in aures admissas voces contumeliosas, de pijs nostris doctloribus effuritas, anathematismos & alia ejicere possunt. Sic videlicet in vtrisq. iustus iudex, cōtentū lucis veritatisq. iudicio iustissimo, vlciseur: cum vtrig. nō de veritate inuestigāda, sed de opinione semel cōcepta, mordicus retinenda & summa cōcentione defendēda, laborent: nec modestè dissentientes ferre velint.

Enim uero si quis studiosus alioquin veri, à me tamen in hoc capite doctrine Eucharistica dissentiens, hoc persuasum habeat, quod monet Canon Dialecticus: Inuenta Demonstratione, non est locus dubitationi: ac delectu habito, mihi, seu priuatis, seu publicè opponat, illud unicum argumentum, pro tuenda D. Lutheri de Cœna Dominicâ sententia (quod esse Demonstrationium planeq. inuiditum, sibi persuasit) (yloge stice mihi opponat: libentissimè, ita me Dominus meus Iesus Christus bene amat, & gratiam habebo, & si me conuidit sensero, herbam porr̄rigam, barenaq. cedam. Si verò vitium in illa Demonstratione (eo videlicet loco habita) deprehendero, modestè illud indicabo: ac Demonstrationem unicam, eidem censura eruditæ submittam, magniè beneficij locosum habiturus, si quid vitij in ea esse, alius aliquis, humaniter dissentiens à nostrarum Ecclesiarum doctrina, vel euidenter ostendat, vel conetur ostendere. Sed si quis me ins-

humanitatem

AD LECTOREM.

bumaniter & inerudite aggrediatur; conuictijs mecum certet;  
meaq; veowie b;ata mihi obijciat: de causa acturus Sophismarar  
ter, & pridem à meis praeceptoribus, viris sanè magnis, sapienter  
solideq; cōfutata, velut crambem repeatat & reponat: testor me non  
lecturum eiusmodi scripta, ac proinde ne quidem ad ea responsurā  
esse. Habeo. n. quod agam: ac malo pijs cum Christo Soliloquijs,  
hoc est, Dei Patris per sanctum nomen Iesu Christi Saluatoris mei,  
inuocatione: & piæ ac ingeniosæ Iuuentutis institutione, tempus,  
quo homini alioquin sat is occupato, ut licebit, consumere: quām  
respondendo ad dudum & sāpē confutata sophismata, male illud  
collocare, aut perdere.

Nec certè vñquam editurus eram Apologiam, illam (qua  
nuper in lucem prodij) mea cauſa (quiper Dei gratiam paras  
tus sum, pro Christi nomine, veritateq;, & contumelijs affici,  
& in puluerem, si Dominus I E S U S virtutem in fide & spe  
largiatur, redigi) niſi me aliorum magni nominis virorum auſ  
toritas mouiffet. Si etiam alicui in ea videor, præter consuetum  
meum morem, durius in Apologia perstrinxisse Antagonistam,  
is cogit etiam formica inesse bilem: & me falso traductum &  
barbaricè tractatum ab illo, omnino neceſſe habuiffe, ut ne leniter  
agendo culpam, quam ille criminando, mihi, ceu nigrā notam  
aspergere conatus es, agnoscere viderer. Video autem etiam me  
tacente, non defuturum, qui notas nigras abstergat nostræ Dispu  
tationi: quando & ipse inhumaniter præter suum meritum ba  
bitus, non deesse debet cauſe publicæ, cuius pars factus es: &  
magis etiam, quām ipse, otio abundat: deniq; etiam communis  
cum Antagonista pridem congressus es, eumq; domesticè pro  
pemodum nouit.

Ego, pie Lector, te oro, vt vñā mecum vota facias ad Dos  
minum Iesum, vt ne, à docendi sacras Literas exercitio, & ab in  
vocationis Dei <sup>ad</sup> evanđelio & muſicis, intemperie & maledicentia vls

P R A E F A T I O

Tius hominis, me finat abstrahi: neque me non necessariis certamis  
nibus, ceu tricis & remoris implicari & præpediri patiatur. Bona  
conscientia de S. Eucharistia, id docui & docebo in posterum, quod  
haec Theses continent: & si omnino ita velut D. Iesus, tuebor, hanc  
doctrinam pro virili mea parte, ne quis caussæ diffisum, tergiuver  
sari dicat. Oro tamen Christi caussa, eos etiam qui mecum coram  
contulerunt, ut Dei in primis, ut Ecclesia, ut sui ipsorum, ut deniq;  
si visum erit, mei quoque rationem habeant eam, quam homines  
Theologos habere, æquissimum sane est.

Vule Deus, ut alij aliorum onera portemus, ut infirmos in  
fide toleremus, ut caritate non odio certemus, ut honore alij alios  
os præueniamus: ut denique exemplo Domini Iesu mites & huic  
miles simus, proq; nostri oremus hostibus. Utinam autem id os  
mne præstare & probare, (Spiritu regenerante gratiam suam  
nobis largiente) summo contendamus studio.

Lugens ob domesticorum disfidia Ecclesia, occinit nobis  
identidem has grauiissimas sententias: Quid si alij alios mordetis  
& deuoratis, videte ne vicim alij ab alijs consumamini, Gal. 5.  
15. Ne alij aduersus alios loquimini, fratres: qui loquitur contra  
fratrem, quiq; damnat fratrem suum, loquitur contra legem & das  
mnat legem, Iac. 4.11. Ne ingemiscite alius aduersus alium fratres  
ut ne condemnemini: Ecce Iudex ante ianuam adstat, Iac. 5.9.

Cogitent etiam iij, qui nobiscum publicè contulerant, esse  
esse homines, verbi Dei ministros, qui non equidem minus quam  
nos, ex parte tum cognoscant, tum etiam prophetent: & si nos  
humaniter eis respondisse: duriuscula quædam dicta, facta, &  
præiudicia, patienter tulisse, meminerunt: saltem hoc sibi per  
suadeant, non minus ipsis pro vobis inuocandum esse Iesum Chris  
tum, quam nos eundem pro ipsis comprecamur, ut videlicet eos  
cum pacem, veritatis basi subnixam.

Mei,

AD LECTOREM.

Mei, ut habeant aliquam rationem, vel Domini mei Iesu Christi, cui vni sto, reverentia, ipsis persuadere potes. Agnosco & deploro infirmitatem meam, & inscitiam meam, etiam ante viaginti annos in sacris operaneis Theologici examinis, ab ingenij mei estimatoribus animaduersam: ut quidam eius ordinis homo, nuper edito scripto mundo testari voluit. Ac sápenumerò, non equidem quasi naturam incusans, repero veteres versus:

Inuida me spacijs natura coercuit artis:

Ingenij vires exiguae dedit.

Sed Dei propitiam prouidentiam adorans, meoq; talento consentens quasi hac ipsa hora moriturus, Domino meo Iesu Christo pro meo modulo, testimonium perhibeo: Iuuentucem ad peccatis & doctrinæ studium exhortari, studio habeo: ac in his docendi labo-ribus, quibus diu iam defancitus, Deum ubertim benedixisse, exspectus sum: libenter & crebro repetò, viri longè opimi & doctissimi, bonorumq; memoria dignissimi, Philippi Melanchthonis, Verfisculos, quos olim ad patruum meum magnum, Simonem Grynaum, scripsit: inter quos hoc Distichon occurrit:

Interea tenui vena præconia Christi

Dicere si possum, sat mibi laudis erit.

Non gigno noua dogmata; nec in interpretatione Scripturae sanctæ discedo à fidei analogia. Theologiam peto ex monumentis Prophetarum & Apostolorum: & delector in docendo Logicis, ratiocinationib; at Logicis instrumentis. Neminem etiam puto mihi exagitandum: imò demiror quosdam, qui nisi a lios perstringant odiosè, docere se non posse putant!

Aduersario, quem mibi suscitauit Dominus, auctor sum, ut quum de Christi sanctissimo gloriatur nomine, quum sit minister verbi Dei, aliosq; horretur ad modestiam, ad charitatem, ad viscera miserationum, desinat tandem & viuos & mortuos Dei feruos tragicè exagitare, & quantum in ipso est, deformare.

Cogite

PRAEFATIO

Cogite & me & alios honestos viros, et si in hac veritatis defensione optimè nobis sumus consciij, nec metuimus plumbea ipsius tela: tamen, & tranquillitat is nostra & aliena, & honoris nostri causa, ab eo etiam homine, qui non est Iudex nostrae cause, sed reus coram tota Ecclesia, id postulare iure optimo, quod recte cundè petiit Cicero in Oratione pro P. Quintio, dicens: Itaque in hoc obsecrat C. Aquili, ut quam existimationem, quam honestas rem in iudicium tuum, prope acta decursaque & tate attulit, eam lieceat ei ex hoc loco auferre.

Ego sane, quoniam ignarium & indicem mortalitatis mea iam diu sentio, eoq; nomine desiderium clari conspectus Dei Dominiq; mei Iesu Christi, & liberationis à toto peccato & miserijs huius vitæ, in meo corde magis magisq; accendi cupio: magnopere velim, quando meo Domino me è terrena in cœlestem Academiam euocare, videbitur, tranquillo animo hinc abire, ev. & vphilia teλωνη: postremisq; meis vocibus, potius Christi laudes repete, quam honoris existimationisq; mea defensionem, aduerfus cuiusquam morsus, amicis & posteritati anxie commendare.

Præcesserunt nos ad Christum Iesum & ad eius tribunal, eximijserui Dei, Oecolampadius, Melanchthon, Calvinus, Marot, Bullingerus, Bucerius, Capito & alij, quorum nomina haud dubie libro vitæ sunt inscripta: quorum labores sancti, & certas mina protuenda veritate suscepimus, Ecclesie plurimum profuerunt: quorum scripta orthodoxa & erudita, posteritati quoque admirationi erunt & usui maximo.

Nec illis sane magnis viris, quorum memoria benedicta est, nec mihi opus est pabulum, scitore & apparitore inkus mano, qui ad Seruatoris nostri Iesu Christi tribunal nos perfruerat. Confido enim in Domino, nos omnes cum gaudio eterno, beatis Angelis congratulantibus & deducentibus, illud adituros, exceptatissimamq; sententiam: Venite benedicti, possidete regnum vobis

AD LECTOREM.

vobis paratum &c. audicuros esse. Vixnam verò cum, non multos  
ex ijs, qui nunc, prob dolor, histrionum more ludibundi, nobis ius-  
dicum illud denunciant, lugentes & plangentes duci videamus.

Enim uero quoties & illos clarissimos viros, qui hac vita  
p̄e & præclare pridem defuncti sunt, horribiliter traduci: & eras-  
tutissima illorum Scripta, magno cum Ecclesiæ & piæ Iuuentutis  
incommodo, proscribi, video: magnopere profecto demiror Ethnias  
corum quorundam moderata iudicia de mortuis quibusdam, ac de  
eorum scriptis. Notisunt versus:

Pascitur in viuis liuor: post fata quiescit:

Tunc suus ex merito quenquam tuetur bonos.

Ce nunc quidam Theologi præceptores suos, quibus omnia  
sua, secundum Deum, accepta referre coguntur: & quos super-  
stites veneratis sunt: post funera vel nullo habent loco, vel etiam  
inhumanissime traducunt.

Erat publicè lecturus Agesilans, Orationem quandam Lysans  
di de mutando Reipub. Lacedemoniorū statu, ut qua dubia erga  
patriam sive vir ille fuisset, innotesceret. Sed quum ex Ephoris  
quidam grauiter dixisset: Lysandrum mortuum non esse refodis-  
endum: Rex heroicus, et si à Lysandro superfite magnis se se af-  
fectum esse in iurijs, meminerat: tamen mortuum noluit flagellare.  
Intelligebat enim verum esse id quod versus monet:

δύχοσιν οταμένοισι πεπτὸς σιπεπτόχετάσθαι:

Hand fas est super occisis iactare te ipsum.

Coronidis loco hæc duo addam, Alterum est, Me Augustanam Confessionem, ita ut eam auctor Philippus Melanchthon  
iam senex interpretatus es, semper probauisse, & etiamnum pro-  
bare. Sed horrenda illa dogmata de l' biquitate Carnis Christi, & de  
orali Carnis Christi mandatione, quæ etiam impijs vñā cum fis  
delibus sit communis (licet illis ad iudicium, his ad salutem ea ces-  
dat) nego in Confessione Augustana (ad quam insurandum quod

A

olim

P R A E F A T I O

olim Tubingæ præstiti, secundum sacras Scripturas & Symbola  
tria, nos astringebat ) extare: ac proinde sancte testor ab his  
duobus dogmatiſ me plane alienum esse: ipsam autem Confessioſ  
nem Auguſtanam secundum orthodoxam eius ſententiā, probaro  
& profiteri, & eandē iuxta fideli canonem interpretari. Sic enim &  
Friderici III Comitis Palatini, Electoris, pīj: & Ecclesie Basiliensis  
Confessiones sanctas & orthodoxas, ut illi conſentientes,  
approbo. Alterū, ex animo amare & venerari Academiā Tubingensē,  
et eius doctissimos Anteceſſores & Profefſores omnium  
laudatiſſimorum Ordinum: ac tam, ne quidem vni ex illis doctiſſiſ  
mis hominibus, quos ante viginti annos libenter audiui docentes,  
aliquid dicto factōne derogandum aut detracendum, censuſſe:  
quam nunquam meipſum ve contuſnelia afficerem, aut ut ego  
met propria vineta, quod dici ſolet, caderem, in animum induz-  
xi. Video eum hominem qui, licet Academia Basiliensis Literis  
ad Tubingensem scriptis, testata eſſet, me nequaquam inſectaſ  
rum eſſe quenquam aliena Scholæ Doctorem, nedum ipſum queſ  
rimonię preconem, & hoc tempore, non tam Germanie cymbaſ  
lum, quam publicaſ fama tympanum: tamen ſuſurronibus ſuſ  
nimis patulas aures præbuſſe: conſirmatumq; eſſe τὸ ἀντὸν  
αὐτὸς (qui me præſente ne mutire quidem audet: de abſente ſoma-  
nia diu ſparſit melancholica, ut ne videatur ἡ τὰ δοῦλα) Literis, quis  
bus illi multa falſa de meo Academicō ministerio, ita perſuadit, ut  
olim idem & ad Philippū Melanchthonē, de Eccleſiarū Helueti-  
carū doctoribus, datis, Epistolis criminatricibus, eos idē proſcidit,  
quos quotidie coram venerabatur & fratres cariſſimos vocabat.  
Exemplar autē Epistole ad Philippum, à clarissimo viro pridem  
ad me miſsum, habeo: quoſatis redargui Sinonix eius artes poſſe  
ſunt. An non autem, ut nihil grauius dicam, culpanda credulitas  
eſt, ſuſurronum, & architecti epistoliorum famoſorum, fabellis,  
locū dare: nec vñquā vel tribus lineis eū, qui defertur, interrogare:

aut

PRAEFATIO

aut saltem ex alijs (quorū copia, Basileæ est) viris certè bonis & sapientibus sciscitari, num nā ita habeat res? Sed odiū doctrinæ Euscharisticae (quā sine ullius mortaliū infectione) trado ἐγοναταγκτικόp esse experior, iniuriarum & contumeliarum, quibus nuper affectus: sensi tamē Spiritū Christi mihi sug geſiſſe: Tu verò fac sis animo quieto, & interim dū hic ab illo inflammatus, corybantice in te debacchatur, bene precare ijs, qui maledicunt tibi: & ora Deum, ne quod illi agunt, statuat peccatum. Spero autem futurum, ut vir ille, ubi ab eo Histiao, qui diu suffudit ipsi frigidā, & quod se aduersum me nec stylō, nec voce tentare audet, id alieno cum periculo & dedecore (odijsui exsaturandi cauſa) libenter facit, sibi data verba, & ad se de me doctrinæ Eucharisticæ cauſa, in nescio quas angustias, à nostris hominibus redacto, mera nugamenta esse perscripta, animaduerterit: molestè ferat se tanquam Aristagoram alienum induisse calceamentum, & dum aliena ira cundia seruit, cōuiciando immerenti, seipsum traduxisse apud hos mines cordatos:

Ἄλλα ταῦτα μέρη προτέτυχδ' εἰς τὸν ἄχενόντων περ.

Deus pacis auctor det pacem Ecclesia cum veritate coniunctam, Amen. Ex efflorescente, ovip deo, Academia Heydelbergenſi, die 21 Nouembris, qua 1531 Ioannes Oecolampadius, Basileæ pīe obiit. Eius in agone hæc voces fuerunt.

1. Ad liberos treis adhuc infantes, quos ordine complexus, & dissuauiatuſ eſt, dicens: Age mi Eusebi, mea Irene, mea Alethea, Deum Patrem cœlestem timere: cui ego pater vester terrenus & pauper, vos alendos ynice commendo.

2. Ad Ministros Ecclesiæ Basiliensis: Ego Doctrinæ Euangelicæ, quam professus sum: & sententia de Euchas

PRAEFATIO AD LECTOREM.

ristia nomine, optimè mihi conscius: latus iam ad tribunal Christi accedo, ad quod me nuper scripto suo Dominus Lutherus reuocandum suo quodam affectu ductus, censuit. Vos, fratres, perstate in Domino, & Christo testimonium sanctum in posterum quoque perhibete.

3. Ad amicum, qui adiam agentem animam accesserat: At ego tibi dico me breuicium Christo Iesu fore.

4. Ad Dominum & Saluatorem postremam hanc vocem protulit: Serua me Iesu Christe. Hec sanctus ille Christi ierunus, viris grauiissimis praesentibus, ubi dixisset, spiritum reddidit Deo conditori & redemptori. Potest autem de hoc viro, qui omnia sua pauperibus & exilibus ob fidem Christi, erogare solitus fuit, id dicit, quod de beato Augustino memorie est proditum: Obij glos riosé in defensione gratiae Christi. Testamentum non condidit, quia Christi pauper, unde conderet non habebat. Natus autem fuit D. Oecolampadius in laudatissimi Virtenbergici Ducatus oppido VVinsperga: quod olim celebre factum est ob clementiam Conradi II. Imperatoris, qui VVelphonem & alios à se ibidem obcessos, & ad extrema redactos, in gratiam recepit, quum herois natus (quibus discedendi cum suis ornamentis copia à clementissimo victore facta erat) aperta porta oppidi, humeris suis maritos exportare, omnibusq; opibus & reliqua locis præferre, animaduertisset. Erat autem Oecolampadius anno uno natu maior, Domino Lutheru.

Istorum ideo mentionem facio, ut quum in lyca & florentissima vrbs BASILEA, isthac quæ dixi, de pio obitu D. Oecolampadij, verissima esse norit & testetur: videant pia mentes quid tribuendum sit monstrosis mendacijs quæ à quibusdam Antchristianis initio conficta, postea & à quibusdam alijs, odio dos

Etrinæ Eucharistica, quam Oecolampadius p[ro]teg[er]e tradidit,  
inflammatis, multis scriptis temere as  
persa fuerunt.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI  
PLAC DOMINO, D. IOHANNI CASIMIRO,  
Comiti Palatino ad Rhenum, Tutori & Administrato-  
ri Electoralis Palatinatus, Bauariae Du-  
ci &c. Principi suo clemen-  
tissimo,

GRATIAM ET PACEM à CHRISTO  
Iesu precatur.

**L**UVSTRISSE PRINCEPS,  
Domine clementissime, Verus es militans  
in hoc mundo Ecclesie Domini nostri Iesu  
Christi, & singulorum etiam piorum querela:  
Hei mihi quod exulo in Mezech, & habito in  
tabernaculis Kedar. Diu habitauit anima  
mea cum hostibus pacis. Ego pacem expeto, sed dum loquor ipse, ad  
bellum se comparant, Psal. 120. Etsi autem dura est piorum, tamen  
quam inter acerrimos hostes, & velut in decumanorum fluctuum  
vlnis versantium sors; tamen quoniam non omnes qui illos affligunt  
eodem loco habendi sint, solatio id esse afflictis debet, quod quoniam  
placuerint opera eorum Deo, hic etiam inimicorum corda ad pas-  
cem conuerteret. Tum demum autem (ut iam de controuersijs dos-  
mesticorum, de religione, loquar) opera nostra Domino Deo nos-  
stro placebunt, si bona causa optima posuerimus fundamenta: si  
bonam causam bene egerimus: si deniq; modestiam, lenitatem,  
studium veritatis pacisq; re ipsa declarauerimus.

Causae Eucharisticae, sententiaeq; nostrae cuius nomine quis-  
dam licet nobis intendunt, basis adamantina sunt institutionis  
Cene Domini verba, que Paulus Apostolus numero complexus  
est, quando scripsit: Poculum benedictionis cui benedicimus,  
nonne communio sanguinis Christi est? Panis quem frangis-  
mus, nonne communio corporis Christi est? 1 Cor. 10. 6. Non

PRO OEH MIV.

autem iam queritur, si n<sup>e</sup> Christus Iesus omnipotēs, verax, omnis  
præsens, adorandus: de his enim nefariū foret dubitare: sed de veris  
borum Institutionis Cœna Domini germana interpretatione,  
quaestio es<sup>t</sup>: quandoquidem nos quidem sententiam, quam anas  
logia fidei & omnium Sacramentorum ratio & collatio docent,  
bona conscientia, nobis sequendam ducimus: alij verò, scriptum  
in verbis Cœna retainere malunt: illud interim non animaduers  
tent, Pontificie Transubstantiationi, quām suæ Consuflatio  
natiōni, illud magis seruire.

Bene autem bonam nostram cauſsam tum demum agemus,  
si in hac disputatione medianam regiamq<sup>ue</sup> ingressi viam, neq<sup>ue</sup> ad dext  
eram, neq<sup>ue</sup> ad sinistram nimium deflexerimus: Quicunq<sup>ue</sup> seu Trans  
substantiationem seu Consuflationem profitentur, Christum  
mundi affigunt Elementis, & ex Sacramentis toridem Idolas  
ciunt, eisq<sup>ue</sup> alij indissimulanter, alij tacite, iustificandi quandam  
vīm tribuunt. Hi nimium ad dexteram feruntur: nec quare Sas  
cramenta sigilla, non cauſse, iustificandi dicantur, satis perpens  
dunt. Qui verò Sacramenta fingunt nudas & externas professio  
nis Christiana tessera tantum esse, ut Cata baptista, nimium des  
flectunt ad sinistram, Sacramenta videlicet euacuantes. Nos vera  
borum Christi sententiae insistentes, hanc propositionem Metony  
micam, in qua signo tribuitur rei significat<sup>e</sup>, (qua<sup>e</sup> fidelibus verè  
confertur in vīo sacrae Cœna) nomen: Panis Eucharistiae & Cor  
pus Christi, sic interpretamur quemadmodum Paulus Apostolus,  
quum dicit: Panem esse communionem corporis Christi. Nec  
enim uero dubium nobis es<sup>t</sup>, solos fideles corporis Christi participio  
pes fieri, quando illos solos Christi institutos & membra esse, ac pro  
inde iustificari, Christo teste, audimus. Quanquam autem & de  
consensu orthodoxe veteri statis, verè gloriari possumus: vt tamen  
fidem nostram solius Dei expresso verbo nisi, ostendamus, non nisi  
ex hoc uno sacram & vīo sacra p*in*st*itu*re fert animus.

Porro,

PRO O E M I V M .

Porrò, quum necesse sit contentiose eum tum agere tum loqui, qui male caussa patrocinium suscepit: dabo operam ut sim memor praecepti Pauli Apostoli, quod ut in tota vita, sic etiam in defensione veritatis p̄ijs omnibus cordi esse debet: Quaecunq; inquit ille, sunt vera, quecunq; veneranda, quecunq; iusta, quecunq; pura, quecunq; amabilia, quecunq; boni nominis, si qua virtus, & si qualitas est, hæc cogitate, Phil. 4. 8. Optima enim & sanctissima causa est, quam non dentata charta cum absentibus (quos rum nemine prouocamus, cupientes potius bene tum precari, tum facere ijs, qui nobis professionis huins caussa minus equi sunt.) Sed placido & erudito colloquio coram agere cum ijs, qui veritas & concordia studium pie coniunxerunt, paratis sumus. Deletur enim erudita & amabili sententiarum collatione: ac sapè nobis in mentem venit illud Platonis dictum: μακέσιοι οἱ ζεύκοι τὸν ἐν τῷ σωφρονεύτῳ σόματθ ιόντωρ λόγωρι Felices sunt, quibus datur audire sermones è sobrio ore, prudentiis nimirum mentis interprete, prodeuentes. Speramus etiam futurum, ut ijs, quibus cordi est Ecclesiæ adficatio, p̄ijs votis ad Dēum profelici successu disputationis istius Theologica, nobis adsint: ut minime sint ἀσύμβολοι & mutae personæ in publico congressu: Sed conferant suum quoq; μέρθ έπιβάλλοπ. De literata autem Nobilitate, stemmatum, virtutum & ingenij laude florente: deq; alijs honestissimis & egregia doctrina perpolitis Iuuenibus, qui cum Musis suis Gratias feliciter coniunxerunt, nobis pollices mur, dignam natalium splendore & ingenij ipsorum, alacritatem, studium veri, odium falsi, discendi doctrinam veram & necessariam, liberale desiderium, fauorem. Est enim verè ab Anthonio dictum: τοὺς & τοὺς ἐνυπεῖται εἰναι, τοὺς Καὶ ναρέται. Itaq; virulentum, ac inter has veritatis studio, generosas suas natus, egregie testabuntur.

Tuo autem, Princeps illustrissime & fortissime, nomine  
laudas

P R O O E M I V M .

laudatissimo , Theologicam hanc Disputationem ornare vixum  
est, tum quia posse Deum Opt: Maximum, tuæ Celsitudinis du-  
ctu & auspicijs felicissimis, in gratiam eorum, qui veritatis co-  
gnoscendæ serio ducuntur studio, in Heidelbergensi Academia,  
tutela T. Celsi. hoc tempore commissa, illa instituta est, tum etiam  
ut non solum Germanicae genii: sed etiam exteris populis, eunq;  
dem vna nobiscum Iesum Christum crucifixum agnoscantibus,  
gratior esset eius lectio. Non enim ignorant, nec etiam diffidentur,  
tam nostri quam exteri fideles, quantum heroicæ tuae pietati &  
virtuti debeat Respub. & Ecclesia Christiana: cui ut T. Celsi  
tudinem, tanquam benignissimum Nutrictum, gloria, beneficentia,  
præsidij & successibus florentem, Dominus Iesus Christus,  
Regum Rex, diu superstitem esse velit, toto pectore oramus. Pers-  
criptum Heidelbergæ, 26 Martij: Anno Christianæ Kera  
M D XXCIV.

Illusterrimæ tuae Celsitudinis

Servus addictissimus,

Johannes Jacobus Grynaeus.

DE CONTROVERSIÆ CIRCA REM  
EUCHARISTICAM; CAPITA QVAEDAM.  
ideo proposita, vt de ijs placida & erudita collatio, e  
diuinis potissimum scripturis,  
instituatur.



VVM SANCTORVM COMMVNIO A NOBIS  
postulet, vt itidem simus affecti, ean-  
dem charitatem habeamus, vt vnan-  
mes, & sententijs vni simus, nihilq;  
geramus per contentionem, aut per  
inanem gloriā, sed ex modestia alios  
nobis præstantiores existimemus, Phil. 2, 3, 4, 5. illud  
initiò testamur testatumq; esse volumus, hanc, de Re  
Eucharistica, disputationem Theologicam, non aliā  
ob cauſam à nobis esse institutam, quām vt ea pri-  
mū quidem Ecclesiæ edificationi: & pīx ac ingenio-  
osæ Iuuentutis, (veritatis cognoscendæ liberali stu-  
dio flagrantis) institutioni: deinde verò, Dei æterni,  
& magni Domini nostri Iesu Christi gloria, seruiat.  
Oramus itaq; eundem omnipotentem, veracem, æ-  
ternum Dei Filium, qui dixit: Vbi sunt duo vel tres  
coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum:  
Matt. 18, 20. vt ille Theologicæ isti τριῶν συντήσα velut  
Epistles interesse & præesse, & sancto suo spiritu Xy-  
starcha, cogitationes dictaq; nostra omnia moderari,  
inq; omnem veritatem nos ducere, dignetur. Pios  
verò omnes, quibus φιλαλήθεα καὶ φιλαδέλφια veritas  
& charitas fraterna cordi est, amanter & officiosè ro-  
gamus, vt pijs votis studijsq; nobis adesse: omnia, vt  
Sanctos decet, candidè interpretari, velint: sintq;

Proæmium  
& votum.

B

memo-

DISPUTATIO DE

memores grauissimi dicti: Quotquot itaq; perfecti sumus, hoc sentiamus: quod si quid aliter sentitis, hoc quoque Deus vobis reteget. Attamen in eo ad quod peruenimus, eadem incedamus regula, & itidem simus affecti. Phil. 3. v. 15. 16.

II.

*Propositio.* De sacro Sancta Domini nostri Iesu Christi Cœna, cum non idem omnibus, qui Euangelium proftentur, & è Babylone occidentali egressi à Pontificiorum matæologia alieni sunt, videatur. Propositum nobis est placide & verè ostendere, tum de quibus eius doctrinæ capitibus, & quatenus conueniat ijs, qui cæteroquin sententijs dissident: tum de quibus omnino non conueniat. Ita enim futurum est, vt nobis citra Andabatismum, & præiudicia iniqua, conferre in Domino liceat, & vt candida sententiarum partis vtriusq; collatio, seruiat charitati declarandæ, & illustrandæ veritati, de qua præclarè pronunciauit Clemens Alexandrinus. *εντοπίσθε την θεότητα της Κλήμεντου.* Inuita est veritas, falsa autem opinio dissipatur.

III.

*De quibus nulla sit controuersia.* Controuersia de S. Eucharistia (quæ tametsi duxiter Ecclesiam longo tempore exercuit: & Papistis magna, illiberalitatem, voluptatifuit: hoc tamen boni habet, quod ad vindicandā sacrosanctam Christi Iesu Cœnam ab apostolatissimæ Missæ, & ad veritatem illustrandam, plurimum fecit) haec tenus non est de Cœnæ Domini Principijs externis & internis: si, inquam, ea rectè considerentur, de quibus hec nostra fides ad D., quam subiungimus, verè & perspicue agit.

Nam

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.

III.

Nam si species principia externa, videlicet caussas efficientes & finales sacræ Eucharistiae, controuersia nulla est inter eos, qui diligunt veritatem & pacem, nec quod dici solet, in Scirpo nodum querunt.

V.

De Cœna Domini caussa efficiente Principe, hoc est, de eius auctore, conuenit alioquin dissidentibus de hisce aphorismis omnibus.

De efficien-  
te caussa  
quatenus  
conueniat.

1. Cœna Domini instituta est à Filio Dei Domino nostro Iesu Christo.

2. Quietiam verè adest & præst legitimæ dispensationi Verbi sui & Sacramentorum.

3. Verba institutionis vera & immota sunt: summaq;. τῇ πληροφορίᾳ, hoc est, certitudine, amplectenda sunt.

4. Iesus Christus, est omnipotens, & ipsa aede o-  
mnipotentia: nam si λόγος respicias, est Iehouah, na-  
tura Deus: æternus, immensus.

5. Omnia, quæcunque & Cœnam instituens, & ali-  
äs quoque nobis pollicitus est Dominus noster Iesus  
Christus, ea sanctissimè præstat.

VI.

De eiusdem mysticæ Cœnae caussis famulantibus, De caussis  
bit quoque aphorismi extrā controuersiam, inter eos famulan-  
tibus quas tenuis cons-  
qui non sunt planè contentiosi, habentur.

1. Ministri verbi, legitimè vocati, dum suo mu-  
nere in verbi & Sacramentorum liturgia & dispen-  
satione funguntur, Dei cooperarij, seu administri  
sunt, 1. Cor. 3. p.

DISPUTATIO DE

2. Eos itaq; solos præconio Verbi Dei & Sacra-  
mentorū liturgia, in Ecclesia defungi oportet: quum  
sint dispensatores misteriorum Dei, & Ministri Chri-  
sti. 1. Cor. 4. II. Matt. 28. 19.

3. Fidet hisce Dominus nostri Iesu Christi Ministris,  
quando λετεγγύουται, suas in Ecclesia partes decenter &  
ordine obeunt, non discedendum est vel latum vn-  
guem, à Domini Iesu præcepto & exemplo. 1. Cor.  
II. 23.

4. Sunt autem illi Ministri Spiritus viuificantis,  
non occidentis literæ, 2. Cor. 3. 6. Meminerint autem  
pij, Ministerio externo eius cohonestandi ergo, phrasí  
Sacramentali, effectum ministerij interni hoc Pauli  
dicto, alijsq; similibus, tribui.

VII.

*De finibus* Iam verò, si de finibus sacræ Eucharistia cogi-  
*quatenus* tes, neutri eorum quibus Dominus nondum dedit  
*conueniat.* τὸ δύνα φρονέμη, seu id ipsum per omnia sapere, de hisce  
capitibus, litigant.

1. Cœna Domini est efficax Sacramentum nostrum  
cum Christo Iesu consolationis. 1. Cor. 20. 16.

2. Homo internus spiritualem alimoniam in S.  
Cœna percipit: quandoquidem in ea cibis, non ven-  
tris, sed mentis, fidelibus exhibetur.

3. Mors Domini nostri Iesu Christi, per fidem,  
Cœna hac vtentibus, est annuncianta. Luc. 22. 19.  
1. Cor. 11. 25, 26.

4. Vnus pánis & vnum corpus multis sumus: nam  
omnes vnius panis simus participes. 1. Cor. 10. 17.  
Ideo diligendi sunt nobis ὅμοσπόνδοι καὶ ὄμοτρά πελοι,  
id est, mensæ eiusdem consortes fratres.

5. Tam

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.

¶ Tam verbum & Sacra menta foris, quām Spiritus sanctus intus, testantur: nos iam per fidem incedere, & non per aspectum. 2. Cor. 5. v. 7. in habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Ephes. 3. v. 17.

VII.

Porrò, si pia mens considerabit sacrosanctæ istius Cœnæ principia interna, animaduertet, ne quidem de hisce dñe dñi waerw, id est, bis per omnia differre aduersarias alioquin sententias, sed de nonnullis capitibus conuenire dissidentibus: ijs, inquam, qui lu gent contritionem Iosephi, & Ecclesiae paci consultum esse cupiunt.

IX.

Enim verò si Materialem caussam species, Eucha-  
ristiam duabus rebus, Terrena & cælesti, constare Ire-  
no Martyri subscriptentes, utriq; consententur. Ac il-  
lam quidem ~~au~~ <sup>de</sup> <sup>correlat</sup> <sup>tuis quas</sup> sensibilem: hanc verò <sup>tenus cons</sup> <sup>ueniat</sup> vortu in-  
telligibilem, quæ per fidem intelligatur, rectè omnes  
consent. Res enim terrenæ, panis, inquam, & vinum  
Domini, etiam externis sensibus & organis digno-  
scuntur & discernuntur: Cælestes autem, videlicet  
Corpus & sanguis Christi, per fidem tum intelligun-  
tur tum percipiuntur. Nec enim de istarum rerum  
participatione, quicquam constare posset, nisi fide  
intelligeremus, non panis & vini solum, sed etiam  
corporis & sanguinis Christi, nos in mystico hoc Epu-  
lo magis magisq; participes fieri.

X.

De rebus Terrenis in Eucharistia, utriq; negare  
non possunt vera esse, quæ hi Aphorismi indicant.

DISPUTATIO DE

1. Panis & Vinum Domini, tanquam <sup>& ut / tamen</sup> adhineri in Cœna debent.
2. Quum ad illa Elementa Verbum Dei accedat, & vsu illa sanctificantur, nequaquam eodem, quo profana, loco haberi possunt.
3. Cæterum in solo legitimo vsu, quem sua auctoritate sanciuit Christus Iesus, non autem extra eum, Sacramenti rationem habent.
4. Detestanda est Papistica tum Transubstantatio, tum ἀγριλατεῖα: quia non substancialium, sed finium ratione mutantur, id est Sacraenta Corporis & sanguinis Christi, panis ille Dominii vinumq; eius, fiunt: nec vlla creatura, etiam si ea sacris piorum visibus diuinitūs destinata inseruiat, adorari debet.
5. Sacraenta, non tanquam pharmaca virtute naturali necessariò agunt: sed institutionis diuinæ & pacti nomine, vsu seruiunt fidelibus, quum in ijs <sup>κατα</sup> & sigillatim, etiam visibilibus signis adhibitis, fidei in Christum Crucifixum certitudo, confirmatur & ob-signatur.
6. Sacraenta ex opere operato, sine fide boni-  
ue vtentium motu, non tantum non prosunt ijs, nimirum abutentibus, sed etiam eis cedunt ad iudicium. Luc. 10. 16. 1. Cot. 11. 29.

XI.

- De cœlesti autem Re, cuius in sacra cœna ratio  
præcipua haberri debet, confitentur viri q;.
1. Rem Sacramenti esse Corpus Christi pro nobis traditum: & Sanguinem Christi pro nobis effusum.
  2. Corpus & Sanguinem Christi in S. Cœna verè adesse.

EUCHARISTICA CONTROVERSIA.  
adesse & exhiberi: verum nec localiter, nec vlo mo-  
do, terreno, aut sensibili.

3. Per fidem nos intelligere, in sacro hoc Epulo,  
nobis qui in Christum Iesum credimus, etiam cœle-  
stia illa dona verè exhiberi & donari.

4. Non solum τὸ σῶμα, essentia, viuifici corpo-  
ris Christi nos fieri participes: Sed etiam τὸ θεραπεῖα,  
efficacitatis, cuius effectum est viuificatio. Ioh. 6.54.

5. Pium esse Canonem Niceni Concilij. In diui-  
na illa mensa, ne rursus humiliter (quasi in hæc præ-  
cipue desfixis oculis) attendamus in panem proposi-  
tum & in poculum: Sed exaltantes cogitationem  
mentis nostræ, fide intelligamus & statuamus iacere  
in sacra illa mensa Agnum illum Dei, qui peccatum  
mundi tollit: sine immolatione à sacerdotibus obla-  
tum. Honorabile quin etiam ipsius corpus & sangu-  
inem VERE percipientes, credamus hęc esse nostræ re-  
surrectionis symbola. Tantum illud interpretationis  
caussa monemus, nihil in sacrī istis mysterijs, tam  
VERE adesse & percipi, quam quod Spiritus sancti  
virtute exhibitum, fide percipitur: Sed spiritualiter,  
puroq; corde.

## XII.

Hactenus etiam de correlatiis, siue vt alij lo-  
quuntur de essentialibus sacra Eucharistiæ partibus,  
egimus, reliquum est, vt quatenus conueniat de For-  
mali caussa, candidè & breuiter, in gratiam veritatis  
& virutis studiosorum, exponamus.

I. Conuenit, alioquin dissidentibus, de forma *De forma*  
que *consuetudinē*, seu constituens dicitur, ac Sacramentis *quotenbus*  
*conueniat.*  
omnibus est communis.

Quis

DISPUTATIO DE

Quis enim sanus & intelligens dubitat, sacra-  
mento visibili & Re sacramenti inuisibili, Euchari-  
stiam sic constare, vt horum sit vnio quædam non  
physica aut essentialis: nec artificiosa aut localis:  
non etiam personalis: sed sacramentalis: qualis in  
Circumcisione quidem, inter præputij & cordis  
circumcisionem: in Baptismo vero, inter Aquam  
eius & inter sanguinem Christi, ac inter utriusque  
aspersionem intercedit?

2. Hactenus autem & de forma <sup>fratris Tocæ</sup> (quæ Eu-  
charistia propria est, & eam à Baptismo discriminat)  
dissidentibus conuenit, videlicet nos adhibitis Ele-  
mentis & Ritibus à Christo Iesu præscriptis, edere  
Corpus Christi & bibere sanguinem Christi: quum  
Cœna Domini iure optimo dicatur cibus animæ, no-  
num hominem alens atq; corroborans: & Christus  
velit esse cibus noster, & pascere animā solam, quan-  
doquidem fides nullam aliam vitam requirit, vt et-  
iam D. Lutherus p. m. in Catechismo maiore & in  
Paschali suo Hymno, piè pronunciauit.

XIII.

**T**ransitio. Speramus eos, quibus non est propositum litem  
ex lite serendo, Ecclesiam & pias mentes turbare,  
~~παραγμονας~~, seu dulcissimum concentum & con-  
sensum, de ijs quæ iam adduximus, ita vt Sanctos de-  
cet, non solùm iam agnoscere & eius caussa religioso  
affici gaudio: sed etiam pro sua tum pietate tum  
doctrina, alia quoque Capita, de quibus ij, qui non  
sunt planè ~~τοχυσογνωμονες~~, & contumaces, non con-  
tendunt, quum erit opus, addituros esse, vt cæteri  
quoq; experiantur, illis nihil magis esse cordi, quam  
veritas.

EUCHARISTICA CONTROVERSSIA.  
veritatem (quæ scientibus facilis, ignorantibus dif-  
flicilis est, Lactantij sententia) & charitatem (quæ tef-  
sera est fidelium) ac optima conscientia nos quidem  
in toto hoc negocio illa duo potissimum, velut Cy-  
nosuram Christianorum, respicere.

Postulat autem instituti nostri ratio, ut pro ta- Controverse  
secundo loco.  
lenti, quod nobis diuina gratia largita est, modulo:  
secundo loco, bona fide, indicemus, in quo potissi-  
num cardine, controversia de Re Eucharistica, ver-  
tatur. Hic vero amantissime, tanquam in Domini vi-  
nea conserui, rogamus eos qui diuersam à nobis sen-  
tentiam profitentur, ut hoc sibi persuadeant, hanc à  
nobis pugnantum sententiarum Antithesis tantum  
veritatis illustranda gratia esse institutam (contraria  
enim iuxta se posita illustriora fiunt) ac nos veri stu-  
dio & conscientia confirmatos, citra contumeliam,  
ab illis dissentire: habereq; nostræ erga illos beneuo-  
lentiae, Dominum Iesum Christum καρδιογνώσημ, o-  
mnium exoptatissimum, non testem solùm, sed et-  
iam iudicem: cuius præsentia & gratia freti, in Publi-  
ca Disputatione, veritatem à nostris stare partibus,  
nos solidè demonstratos esse, confidimus.

#### XIII.

Intelligunt autem eruditæ & prudentes viri , De Capt.  
grauissime & verissime dictum ab Irenæo Martyre : Babyloniz.  
Coguntur multa male interpretari, qui nolunt vnum ea, D. Lut.  
recte intelligere. Id etiam in hac controversia videre  
licet. Etenim, quum semel nonnullis visum esset,  
pro Transubstantiatione Papistica, Consubstantiatio-  
nem Cardinali Cameracensi infeliciter probatam,  
in Ecclesiam introducere: pro tuenda hac, Ecclesiæ

C iam

D I S P Y T A T I O D E

iam longo tempore, proh dolor, funesta thesi: corpus Christi corporaliter in, cum, & sub pane latens: & sanguis eiusdem in, cum, & sub vino, oraliter, percipiuntur ab omnibus, qui vtuntur Cœna Domini, tam fidelibus quam in fidelibus (quandoquidem verum vnu & simplex est: falsum autem multiplex & sibi ipsi non constans) ea absurdia patronis eius theses, admittenda & propugnanda fuerunt, à quibus alioquin piæ & liberaliter institutæ mentes, magnis de causis maximopere abhorrente poterant. Ut autem δόξα θιάζεται τὴν ἀληθείαν, opinio vim facit veritati: sic illa patrit multa absurdia: ut est videre in Cadmea theses de consubstantiatione desensione, quæ confusionem Articulorum fidei, & alios errores peperit: & triste contentionis pomum Ecclesiæ obiecit.

XV.

De Capitibus, igitur, quæ superius à nobis adducta sunt, & si ita vt dictum est, hactenùs conuenient: tamen quum non satis sit fidem voce duntaxat confiteri, nisi rectè quoq; eam interpreteris, vt olim Syndodus Ephesina ad Nestorium scripsit: fatendum est de quorundam verborum explicatione seriam esse controversiam, quæ vt à pijs omnibus prudenter dijudicari possit, pollicemur nos κεφαλαιωδῶς asturos, primū de sacrosancti istius conuiuij causis & circumstantijs quibusdam: deinde verò, de fundamētis aduersariarum sententiarum, eorumq; aestimatio- ne. Faxit Christus, vt ea tantum quæ vera sunt, & proinde paci Ecclesiæ seruiunt, rectè profiteamur.

XVI.

Quum autem pijs & rectè iudicantibus valde probe-

EUCCHARISTICA CONTROVERSTIA

probetur illa amabilis & verbo Dei modis omnibus  
consentanea εὐλύτια & collatio Ministerij externi &  
interni: Rei terrena & cælestis: Hominis externi &  
interni seu noui: Oris animæ & corporis, eius sen-  
tentiam breuiter exponemus.

Quemadmodum in Baptismo (in quo Christo  
inserti coaluimus. Rom.6.5. & Christum induimus,  
Galat.3. 27.) Minister externus aqua corpus perfun-  
dendo aut immergendo, abluit: Christus Iesus au-  
tem, cuius est adiunctum proprium Spitiū & igni ba-  
ptizare. Matt.3.11. sanguinis sui aspersione, corda no-  
stra expiauit & sanctificauit: vt iam nostri munera sit  
noua vita ambulare. Rom.6.4. Sic etiam in sacra Cœ-  
na, Minister externus, homini externo, panem vi-  
numq; Domini, hoc est, Sacmenta: ore corporis  
percipienda, manu sua porrigit: Pater autem cælestis,  
homini interno seu nouo, panem illum verè cœle-  
stem, qui dat mundo vitam, hoc est, corpus & sangu-  
inem Christi. Ioan.6.32. ore animæ percipiendum, ve-  
rè exhibet, vt videlicet eundem viuificet.

Enim uero si, vt scitè dixit alicubi Chrysostomus, natura nostra tota spiritualis esset, instar Angeli-  
cæ: non nisi Spiritualia dona nobis in mysterijs istis,  
exhiberet Christus. Sed quia partim Spiritu intelli-  
gente & immortali, partim corpore organico con-  
stamus: illi quidem Spiritualia κοù νοερά, intelligibili-  
lia: huic autem corporalia κοù στητά sensibilia, exhibe-  
ret: ea tamen lege, vt fructus nostræ cum Christo co-  
alitionis totis nobis instaurandis, seruiat. Spiritualia  
igitur, cum ijs quæ Spiritualia sunt, coniungentes  
1. Cor.2.13. dicimus, non minus absurdum esse (rerum  
videli-

D I S P U T A T I O   D E

videlicet ordine inuerso) dicere, Ore corporis, non  
solùm Sacramentum, sed etiam ipsam Corporis Christi  
substantiam corporaliter manducari: quàm in-  
conueniens est dicere, panem & vinum, seu res terre-  
nas, ore animæ manducari: aut oculis nos audire, cer-  
nere verò auribus. Vident piæ mentes nostræ senten-  
tiæ aduersariam hypallagen, ordini diuinitus sancito  
è diametro repugnare: & manifestè absurdam esse.

XVII.

Iam verò ordine de ~~eusoix̄eōs~~ istius Capitibus  
primarijs, agemus, initio factò à Ministrijs.

1. Nos solos verbi Dei Ministros (Ecclesie restitu-  
to ministerio) Cœnam Domini administrare debe-  
re, nec sacrificulos Missaticos ad eius liturgiam adhi-  
bendos esse, ideò statuimus, quia verbi & Sacra-  
torum dispensationem eisdem demandatam sci-  
mus. Matt. 28. 19, 20. 1. Cor. 1. 17.

Aduersa autem in hoc negocio pars non dubi-  
tavit affirmare: Malle se, vel à sacrificulo papistico,  
Cœnam sibi administrari, quàm citra eius usum è vi-  
uis decidere. Quum etiam Baptismum à muliercu-  
lis (in commenticio necessitatis casu) administrati  
velint, quid nî eadem licentia, Cœna administrandæ  
ius eisdem quoq; permiserint: quando, vt res ipsa lo-  
quitur, illis non venit in mentem commemorabilis  
illa sententia: Damnata, non priuatio, sed contem-  
tus Sacramenti?

2. Nos verbi Dei Ministros, Verbum externum  
prædicare, 1. Cor. 3. 6. Aqua baptizare, Matth. 3. 11.  
Panem Vinumq; Domini in sacra Cœna præbere di-  
cimus.

Alij

EUCHARISTICA CONTROVERSIA.

Alij è contra, cum manibus Ministrorum etiam rem Sacramenti, quæ nullo tamen externo sensu percepitur, hoc est, ipsum Corpus Christi & sanguinem eius, tradi, & in ora hominum ponи, in eruditè aiunt: non vident, se eadem ratione Baptisma Spiritus & in-terni verbi præconium, quo nemo aliis quam Christi Spiritus defungitur, sibi falso arrogare. Eiusdem enim est, isthæ omnia, ad instaurationem saluando-rum præstare.

XVIII.

Secundò, si consideres conuias Filij Dei in hac Cœna, diuersitas sententiarum & opinionis, quæ eidem reclamat, in hisce capitibus consistit: de qui-bus iudicium permittimus pijs omnibus.

1. Nos disertè restamur. Eos demum esse Domini Iesu verè διοτραπέζους & conuias, & corporis san-guinisque eius verè participes, qui vnum cum eo sunt, quosq; ipse viuiscat: tametsi horum magna interdum est infirmitas.

Alij è contra, quasi impiorum & infidelium pa-trocinium suscepissent, probant hanc tristissimam, & veteri orthodoxæ Ecclesie inauditam vocem: Panis est naturale corpus Christi, quod ludas ille proditor, & omnes impij Cœna vtentes, non minus oraliter manducant, quam Petrus & omnes Sancti. Anne au-rem pia mens, illud sibi vnam quam persuaderi patietur, tantisper donec sanctum (nihil autem sanctius cor-poris & sanguinis Iesu Christi communione) cani-bus minimè dari: Matt. 7. 6. & partem fideli cum in-fideli nullam esse. 2. Cor. 6. 15. certò persuasum ha-bebit?

2. Nos externum hominem, in sacra Cœna, res

C 3 terre-

DISPUTATIO DE

terrenas physicè: internum verò hominem, res cœlestes, corpus videlicet & sanguinem Christi, spirituualiter per fidem, percipere, idè credimus, quia quod in verbo promissionis adest & offertur, idem non nisi per fidem percipitur.

Alij contra, Hominem externum, in, cum, & sub terrenis rebus, cœlestia dona, ore corporis percipere & manducare contendunt: quod equidem non minus est inconueniens, quam si quis dicat, in Circumcisione ordinaria, in, cum, & sub præputio, cordis quoque præputium manu eiusdem Administrari, eodemq; instrumento, olim fuisse præcimum.

XIX.

Tertiò, sicibum & potum Eucharistia, qui certè non est ventris, sed Mentis. I. Cor. II. 34. quispiam respiciet, hæc controuersa esse animaduertet.

I. Nos Sacramentalem vnionem, σχετικη relatiuam, qualis est signi & signati, agnoscimus: quia Sacramentum ad Relationis prædicamentum rectè referimus. Sicut autem in, cum, & sub Baptismi aqua, non latet sanguis Christi, quem tamen illa Sacramentaliter ei unita, repræsentat: ita in, cum & sub Pane Domini, non corporaliter occultatum latet Christi corpus: sed ab eodem repræsentatur: & non nisi Sacramentaliter eidem iungitut.

Alij, Sacramentalem quidem vnionem vocant, sed interim realem consubstantiationem sese imaginari, satis testātur, quum Ministri manu, rem utramq; panem inquam & corpus Christi, offerri, & in ora, impiorum quoque, inseri, distitant. Negant se probare impanationem: sed interim canunt: Verborum in

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.  
dem Brotsflein: Quod in tam paruo pane absconditum latet. Quid eiusmodi contradictioni sit tribendum, etiam crudita iuuentus facile animaduertit.

2. Nos Cibum hunc Potumq; Spiritualem, nobis eum sanctis Patribus (vt & electionis, vocationis, iustificationis benedictionem) quotquot in Catholica Dei Ecclesia, inde vsq; à Mundi exordio fuerunt, ideo communem esse dicimus, quia Iesus Christus hodiè & huius idem est, & in secula. Heb.13. 8. Agnus videlicet mactatus iam inde à iactis mundi fundamentis, Apo. 13. 8. Neq; verò id mirum cuiquam videri debet, quando Corpus Christi, quatenus pro nobis traditum est: & sanguis eiusdem, quatenus pro nobis effusus est, Cibus Potusq; fidelium est: quorum alij olim crediderunt in incarnandum Christum: alij nunc in eundem incarnatum, credunt.

Alij contra, sic noui Testamenti Ecclesiæ peculiarem esse contendunt, vt veteris Testimenti Ecclesiæ umbras tantum relinquant, & tamen infideles, canes videlicet impuros, hæc sancta, verè, corporaliter, oraliter, sibiipsis tamen ad iudicium percipere intentim clamitent. Scilicet potiore est infidelium huius statis, Cœna vtentium conditio, quam olim fuerit sanctorū Dei Hominum: quum illi quidem mandarent Christi corpus & bibant eiusdem sanguinem: hi verò umbris olim visitarint?

3. Nos corporis pro nobis traditi & sanguinis Christi pro nobis effusi (Christo ipso quo ad carnem attinet, iam gloriose super cælos, non in terris, nec alibi usquam sito) præsentia modum merè

mete

DISPUTATIO DE

merè Spiritualem, & huc tendentem profitemur, non  
ut aliquo contactu reali corpora credentium cum  
Christi carne coalescant: Sed ut Spirituali perfidem  
cum ipso copulatione, omnia Christi beneficia, ac  
tandem ipsa quoq; vita æterna, in nos Spiritualia ipsi-  
us membra & palmites, deriuetur.

Alij autem σωματική, id est, realem ipsius cor-  
poris in terra præsentiam, imò vbiq; παρεστία, seu præ-  
sentiam, & in alijs ad vitam, in alijs ad iudicium effi-  
cacem, docent: quasi sint vnius eiusdemq; corporis  
Christi (verè percepti & reipsa participati) tanquam  
caussæ contrarij effectus: & quasi vis viuificandi sepa-  
rari possit à communione ipsius corporis Christi?

Quantò rectius Augustinus. Tract. 26. in Ioan-  
nem, Qui, ait, manduauerit meam carnem, & bibe-  
rit sanguinem meum, non morietur in æternum.  
Nempe virtutem sacramenti, non visibile sacra-  
mentum: & quidem INTVS non FORIS: qui CORDE  
comedit, non qui premit DENTE?

Figmento autem de reali ipsius Corporis Chri-  
sti in terris inuisibili præsentia, opponimus nobile  
Tertulliani dictum: Quenadmodum nobis arrha-  
bonem Spiritus reliquit, ita & à nobis arrhabonem  
Carnis accepit, & vexit in cælum, pignus totius sum-  
mæ illuc quandoq; redigendæ. Securæ estore caro &  
sanguis, usurpastis & cœlum & regnum Dei in Chri-  
sto. De carnis resurrectione.

III.

De instru-  
mentis &  
manduca-  
tionis mo-  
do.

XX.

Quartò, si manductionis instrumenta mo-  
dumq; consideret mens veritatis cognoscendæ cupi-  
da, depræhendet hanc sententia nostræ & eidem op-  
positæ opinionis, diuersitatem.

I. Nos

EUCCHARISTICA CONTROVERSTIA.

1. Nos in sacra Eucharistia, Terrena quidem, id est, Panem & Vinum Domini, ore corporis: Cælestia autem, ore animæ, seu fide (respectu inquam instru-  
mentorum accipientium) percipi, dicimus.

Alij contra, Non minus cælestia ore corporis quam terrena percipi aiunt. Id quod non minus agre-  
ste absurdum & ἀπίστε χωρούσατον est, quām si quis per hypallagen rerum ordinem inuertentem, dicat:  
Panem & vinum corde percipi: ipsum autem Corpus & sanguinem Christi, ore corporis, Ministrum exter-  
num baptizare Spiritu, Christum verò externo aquæ  
baptismo defungi. Deum circumcidere præputium  
carnis, terrenum autem patrem circumcidere cor sui  
filiori?

2. Iam si modum manducationis perpendas,  
Nos ea quæ in Cœna adsunt & nobis exhibentur, eo modo quo adsunt, exhiberi & percipi iudicamus.  
Adsunt autem terrena symbola localiter & à θητώς, seu sensibiliter. Ideò & percipiuntur naturaliter, localiter, corporaliter. Cælestia autem dona (corpus inquam & sanguis Christi) non adsunt nunc in terris, aut in Cœna localiter: nec ante extremum diem ade-  
runt, nisi menti & cogitationi in promissionem sa-  
cramentali perceptioni adiunctam, intuenti. Hæc i-  
gitur spiritualiter & verè nobis præberi, & earum per  
fidem participatione nos viuificari, dicimus. Ac di-  
sertè testamur, manducandi & bibendi vocabula,  
quum ad panem vinumq; referuntur, propriè: quum  
autem ad Christi corpus & sanguinem, translate su-  
menda nobis esse. vt Psal.14.4.

Alij è contrario, Corpus & sanguinem Christi,  
D quæ

D I S P U T A T I O N E

quę localiter non adesse fatentur: percipi tamen corporaliter, realiter, oraliter: Sed modo cælesti, supernaturali, ineffabili (sibi ipsis foedè contradicentes) vehementer contendunt. Meminisse enim uero illos decebat Platonici proverbij: τῶν δεθῶν θέτε παρ, ἀφαιγοτες οὐκ εἰς ἡμ, Ea, quæ recte data & concessa sunt, auferri & negari minimè debent. Concedunt autem illi & recte quidem, non adesse localiter Corpus & sanguinem Christi in sacra Coena. Quare igitur affirmant oraliter illa & corporaliter manducari & bibi?

XXI.

Sed enim dicet pius aliquis, animi hæc in parte Erroris circa dubius & ἐπ τριόδῳ λογισμῷ constitutus, Quę tandem ea Eucharistia illius diuersæ opinionis, quam improbatis, causa estiam fons: se potest? Respendeo, Ignorantiam veræ doctrinæ de Litera & Spiritu, erroneæ opinionis, fontem primum extitisse. Quum enim ita comparatum sit hominum ingenium, vt, Christo facilè neglecto, externo cultu (qui literæ proprius est) & corporali exercitatione maximè delectentur, fingantque Deum Elementis mundi præcipue coli, & his lèpè usurpati saluti maximè consuli: et si miserrima seruitus esset signa pro rebus ipsis habere & accipere: illis tamen, propterea quod sensibus obnoxia sunt, plurimum semper deferrunt, sacramentorum absolutam necessitatem, vimq; naturalem quandam comminiscuntur. Accesserunt autem & alij errores, vt Manichæa imaginatio, quæ fingit signis sacramentalibus mutatis, ipsas quoque res mutatas esse: Opinio falsissima, quæ sic Christum & eius beneficia, noui testamenti propria facit, ut Partibus nihil præter ymbras relinquit: quam hoc tem-

EUVCHARISTICA CONTROVERSTIA.

tempore cum Anabaptistis quidam communem habent: deniq; papisticum commentum de sacramentis vim iustificandi & saluandi habentibus, quòd què dixeris esse πρώτην Θεόν, id est, primam falsitatem in hoc negocio.

Occurrent autem Pij omnibus istis erroribus, si illud persuasum habuerint, Iesum Christum heri & hodiè eundem esse & fore in secula, hoc est, si eundem nobis factum à Deo sapientiam, iustitiā, sanctificatiōnem & redēmptionem crediderint: si Redēmptorem omnium saluandorum, lustrantem eos suo sanguine, pasecentem eos suo corpore, verè agnouerint: ac dicterint vetus & nouum Testamentum non substantia differre, sed tantum dispensatione: & in verbo & sacramentis, non literam scū res externas, ceremonias & elementa, sed spiritum, hoc est, Christum ipsum, & eius cauſa, verbum internum, aspercionem sanguinis Christi, regenerationis gratiam, escam, potumq; sp̄itualem, deniq; benedictionis Iesu Christi obſiguationem per Spiritum sanctum, præcipue expetiuerint & magnifecerint.

XXII.

Plurimum etiam proderit piæ & ingeniosæ juuentuti, consideratio, tum Analogia Verbi & Sacramentorum (quæ visibilia Dei verba scitè ab Augūstino nucupata sunt) tum phrasium sacramentalium, figuratarum inquam, vt de multis alijs nihil iam dicamus.

Annon enim piæ menti amabilis est hæc ana. *De verbis* logia, sicut Minister externus, quando Euangelion *sacramētorum ana* regni piè purèq; annunciat Ἰησοῦς, verbum externum, *logia.*

D I S P U T A T I O   D E

quod auribus Auditorum omnium percipitur, pronunciat: Dominus autem Iesus Christus, ἔσωθε, verbum internum, quod fideli corde ab ipsius demum fratribus percipitur, annunciat: Ita quoties te ipsum probans, ad sacrosanctam Coenam accedit, Minister externus sacra symbola, hoc est, panem & vinum Domini ore corporis percipienda, tibi exhibit: Ipse auctor Christus Iesus, sacrosancti sui corporis pro te traditi, & sanguinis pro te effusi, te magis magisq; partipem facit. Appello hic conscientias omnium piorum, qui tamen in hoc negocio non nihil habitant, ut etiam atq; etiam vel hoc secum ipsi reputent, Quum latentur non solùm quia aqua à Ministro verbi, sed quia Spiritu ab ipso Iesu Christo baptizati sunt: nec Spiritus baptismum ab alio quam ab Iesu Christo sibi conferri intelligant: quid tandem causę esse possit, ut malint manu hominis, quam Dei ipsius, in sacra Coena, corpus & sanguinem Christi sibi exhiberi? ut malint ore corporis, quam animę, seu fide, illa percipere? sibi cum huius cœtatis impijs seu infidelibus, nō autem cum sanctissimis Deoq; nostro charissimis Patribus nostrum quoq; Pater perhibetur) communia agnoscere? Sistant hoc loco piæ mentes gradum, & quid sibi velint illa Christi verba: Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Ioh. 6.51. quę sit fidei, præ ore corporis, præstantia: quæ etiam communio sanctorum totius Catholicæ Ecclesiæ: quæ infidelium & infidelium seu profanorum segregatio, in timore Dei etiam atq; etiam, perpendant.

Pruden-

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.

XXIII.

Prudenter autem Orthodoxi Ecclesiæ ex præscripto verbi Dei reformatæ doctores quidam, phrasæ Sacramentales, quotquor sunt figuratæ, in quatuor classes distinxerunt, de quibus in iuniorum gratiam breuissimè agemus.

Prima est earum locutionum, in quibus signo, tribuitur nomen rei signatae: ut quum de pane prædicatur, quod sit corpus Christi. Matt. 26. 26.

Secunda earum est, in quibus vice versa rei signo, tribuitur signi nomen: ut quum Caro Christi viuisca, panis appellatur. Ioh. 6. 51.

Tertia est earum, in quibus effectus rei signatae signo tribuitur: ut quando Paulus Baptismum vocat lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Tit. 3. 5. Item, quando Ecclesiam lauacro aquæ mundatam, scribit. Ephe. 5. 26.

Postrema classis earum locutionum est, in quibus signi effectus rei signatae tribuitur: ut quum caro Filij hominis comedì dicitur, sanguisq; eius bibi. Ioh. 6. 56. Enim uero caro Christi ore corporis non editur, nec dentibus (ut tamen Berengariana palinodia habet) teritur: nec sanguis eius bibitur oraliter, & proinde corporaliter, ut Capernaitis olim est visum: quando, ut alicubi Augustinus docuit, maius scelus est humanas carnes mandere & deglutire, quam hominem occidere: & bibere humanum sanguinem, quam fundere: Sed quum Christi communione fruimur spiritualiter, per fidem, Christi carnem edere, & sanguinem eius bibere, rectè dicimur. Ac nota sunt ipsi dicta Augustini: Crède, & manducasti. Item,

DISPUTATIO DE

Quid paras dentem & ventrem, &c. Et illud Cyrilli,  
quo affirmatur, corpus & sanguinem Christi percipi  
sola, simplice & inexquisita fide.

Cæterum de sacramentalibus predicationibus,  
quæ ideo propriæ dicuntur, quoniam quod signorum  
est, signis: quod autem rerum significatarum est re-  
bus significatis, tribuunt, in ipsa collatione senten-  
tiarum, nobis, sed differendum erit.

XXIV.

Restat ut de fundamentis tam nostræ senten-  
tiæ, quam aduersariæ opinionis, vice coronidis agen-  
tes, quid inter illa inter sit, bona fide, & breuiter ex-  
ponamus.

Nostræ sententiæ, quæ τὰ γονῆα τῷ νοεῖσθαι, καὶ τὰ  
αὐτῆτα, τῷ αὐτῆτῷ, hoc est, intelligibilia mente: sen-  
sibilia sensibus, totius hominis pascendi & reficiendi  
causa præberi docet.

1. Fundamentum est verbum Iehouæ manens in  
æternum, è quo nō quid in vniuersum de Sacramen-  
tis omnibus, ac seorsim quid de Eucharistia statuen-  
dum sit, petere solemus.

Sunt autem hæc Testamenti verba, quibus ni-  
timur:

Dominus Iesus ea nocte, qua proditus est, accepit panem: &  
gratijs altis fregit, ac dixit: Accipite, comedite, hoc meum est coro-  
pus, quod pro vobis frangitur: hoc facite ad mei recordationem.  
Itidem & poculum, postquam cœnasset, dicens: Hoc Poculum, est  
nouum Testamentum per meum sanguinem, hoc facite quotiesz  
eung, biberitis, ad mei recordationem. 1. Cor. xi. 23, 24, 25.

Vt autem piæ mentes re ipsa animaduertant,  
verbis institutionis planè consentaneam esse de fun-  
damento

EUCCHARISTICA CONTROVERSTIA.  
damento nostræ sententiae, gloriationem nostram  
sanctam, subijcimus has euidentissimas demonstra-  
tiones.

1. De Typo & Antitypo ex verbis Pauli: Etenim  
Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe  
Christus. 1.Cor.5.7.

Certo certius est eandem esse Rem sacramenti,  
tam in typis quam in antitypo: etiam si non sint ea-  
dem sacramentalia signa.

Sed in Paschatis & Petra illius antitypo, videli-  
cet Dominica Coena, Res sacramenti est corporis Chri-  
sti & sanguinis Christi communio. 1.Cor.10.16.

Quare idem de Paschalis Agni esu, & de Petra  
illa, est iudicium: ut ex verbis Apostoli liquet: Et o-  
mnes eandem escam spiritualem ederunt: Et o-  
mnes eundem potum Spiritualem biberunt. Bibe-  
bant enim ex sequente Spirituali Petra. Petra autem  
Christus. 1.Cor.10.3,4.

Et per consequens, etiam Patres manducarunt  
Christi carnem, & biberunt Christi sanguinem: quan-  
do citra Christi participationem, nemo eorum un-  
quam saluus fieri potuit.

2. De Ritibus Sacramentalibus: ex verbis Pauli:  
Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis.  
1.Cor.11. 23.

Nihil dubium est in Coenæ liturgia, Pastoribus  
quidem ea quæ in prima Coena Christus Dominus:  
Gregi autem ea quæ Apostoli egerunt, esse diligenter  
obseruanda & præstanda.

Atqui Christus Dominus, Panem initio acce-  
pit, fregit auctis gratijs, dedit discipulis, dixitq;: Hoc est  
Corpus

DISPUTATIO DE

Corpus meum, quod pro vobis frangitur: Hoc facite ad mei recordationem: Discipuli verò, acceptum panem ederunt. Itidem & poculum postquam cœ. nasset discipulis exhibuit, &c. hiverò ex eo biberunt omnes, &c.

Quare nunc quoq; Pastores Ecclesiæ, mortem Domini Iesu annunciare, panem accipere, frangere & distribuere: Poculum Domini exhibere: Gregem verò dominicum, panem Domini accipere & edere, eq; Domini poculo bibere oportet: Sic tamen vt se- ipsos probent, discernant corpus Domini, & illius mortem annuncient.

3. De subiecto in verbis Cœnæ: Hoc est Corpus meum. Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24.

Pronomen demonstrativum Hoc, de eo accipi debet, quod Christus Iesus accepit, fregit, dedit discipulis suis.

Accepit autem panem, cumq; fregit & discipu- lis dedit. Ergo de Pane pronomen illud, subiectum designans, intelligi debet: qui propriè panis est & dicitur.

4. De Prædicato, in ijsdem verbis Domini nostri Iesu Christi.

Illud est prædicatum, quod de subiecto dicitur.

Atqui de pane dicitur quòd sit corpus Christi.

Istud igitur est prædicatum: vt sani omnes vident.

5. De Copula, videlicet de verbo substantiuo Est.

Quotiescunq; in propositione aliqua verbum substantiuum Est, iungit disparata, quæ formis speci- fici

EUCHARISTICA CONTROVERSIA.  
sicutis differenti, tum si fatendum est prædicationem non  
esse propriam, sed figuratam.

Atqui in hac propositione: Panis est corpus  
Christi, id sit: disparatum enim videlicet Christi cor-  
pus, de pane prædicatur.

Quare certum est figuratam esse prædicatio-  
nem.

6. De Metonymia.

Rectissimè Metonymia dicitur, quando signo  
tribuitur nomen rei significatæ: ut omnes mediocri-  
ter docti vident.

Atqui in hac propositione: Panis est corpus  
Christi, signo, videlicet Pani, tribuitur nomen rei si-  
gnificatæ, quæ est corpus Christi. Neq; enim in illa,  
idem de se ipso dicitur, quum specie differenti panis &  
corpus Christi: neq; species de individuo, neq; de spe-  
cie genus, differentia, proprium aut accidens: sed de  
signo signatum, analogicè tamen, ut relatorum ratio  
postulat, prædicatur.

Metonymiam itaq; in Cœnæ verbis illis iure  
statuimus: quæ nequaquam Sacramentum in pictu-  
ram inanem transformans, illud euacuat: sed ideo si-  
gnum rem significatam vocat, ut analogicè doceat,  
tam certò rei cœlestis nos participes fieri, per fidem,  
quæm certum est, etiam externorum sensuum nostro-  
rum testimonio, terrena & visibilia, illi repræsentandæ  
destinata, nos percipere.

7. De præsentia, modo percipiendi & de instru-  
mentis apprehendentibus & applicantibus ea dona,  
quæ in sacra Cœna, exhibentur.

Sicut se habent visibilia Sacra menta, ad corpus  
E hominis

D I S P U T A T I O   D E

hominis Cœna vtentis & eius instrumenta physica: ita se habet & Res Sacramenti, quæ cœlestis & inuisibiliis est, ad Mentem & eius organum. Colligere id licet ex vnione Sacramentali, & analogia signi & signati: quæ nulla esset, nisi illa proportio vera esset.

Atqui Sacra menta, manibus & ori Cœna vten- tium, corporaliter percipienda, exhibentur: ut sensus & experientia testantur.

Ergo Res Sacramenti, Corpus videlicet & san- guis Christi, Menti nostræ offeruntur, ut perfidem, Spiritualiter, percipientur.

8. A correlatiis Verbo inquam promissionis, & fide.

Id quod in Dei verbo & Sacramentis à Deo Pa- tre nobis verè offertur, verè quoq; sed spiritualiter, fide accipitur.

Atqui Christus ipse in verbo promissionis & Sacramentis, à Deo Patre nobis offertur & exhibetur.

Quare idem verè, sed Spiritualiter, percipitur. Hæ autem perceptio, metaphoricè vocatur mandu- catio carnis Christi. Ioh. 6. 54, 55. Ac illud est certissi- mum, illa demum verè percipi à nobis, quorum per- fidem spiritualiter sumus participes. Loquimur au- tem de mysterijs regni Christi, & de donis cœlestibus ac spiritualibus.

9. Quemadmodum vna eademq; est electionis, vocationis, iustificationis, omnium saluandorum be- nedictio, à qua omnes Reprobati alieni sunt: Sic vnicā est viuificationis illorum causa, à qua planè alieni sunt omnes infideles, etiamsi in sinu militantis Eccle- sia versentur, & Sacramentis quotidiè vtantur.

Viui-

### EUCHARISTICA CONTROVERSTIA.

Viuificationis autem saluandorum causa vni-  
ca est, eesus viuificæ Carnis Christi. Ioh. 6. 45. Qui edit  
carnem meam, & babit meum Sanguinē, habet vitam  
eternam. Eius autem ratio traditur sequente versu 56.  
Qui edit carnem meam, & babit sanguinem meum, in  
me manet, & ego in eo.

Ex his euidentissimè colligimus, & manducationē  
Carnis Christi, haustumq; sanguinis eius, nobis cum  
sanctis Patribus communem esse: & infideles nequaq;  
Christi carnem edere, eiusū sanguinem bibere.  
eo. A consideratione corporis et sanguinis.

Si ideo Corpus Christi, non simpliciter, sed se-  
cundum quid, cibus animalium nostratum est, quate-  
nus videlicet, pro nobis traditū est: & sanguis Christi  
potus est, quatenus pro nobis fusus est. Tum verò non  
mirum videri debet, quod nobis & Patribus hunc ci-  
bum potumq; (sine quo nemo saluari potest) com-  
munem esse dicimus: negantes interim eundem ab  
infidelibus percipi.

Vera sunt quæ antecedunt: ut ex his Cœnæ Do-  
minicæ verbis liquet: Qnod pro vobis traditur aut  
frangitur. Qui pro multis effunditur in remissionem  
peccatorum. Traditum enim est Christi corpus, & san-  
guis eius effusus est, propter fideles tam veteris, quam  
noui Testamenti.

Verum igitur est & quod sequitur.

### XXV.

1. Regula nobis vñica est, Fidei nostræ, cuius Ar-  
ticuli Historici sunt, analogia: Prophetandum enim  
nobis est pro proportione fidei. Rom. 12. 6.

2. ~~A~~ss̄x<sup>o</sup> nobis est tota erudita & ortho-

E 3 doxa

D I S P U T A T I O D E

doxa Ecclesiae Antiquitas. Prophetias enim pro nihilo non habemus: sed omnia explorantes, quod bonum est tenemus. 1. Thess. 5. 20, 21. semper tamen ad Christi Iesu institutionem oculos mentis dirigimus, quia eius auctoritate & testimonio subnixi, tutò acquiescimus: ac sàpè repetimus illa beati Martyris Cypriani verba: Non quid hic aut ille antè nos dixerit: Sed quid Christus Iesus, qui antè omnes est, dixerit, nobis attendendum est.

Ne verò eos non consulere videamur, hæc selecta eorum testimonia, subiungimus.

Atthanasius de verbis Christi: Qui dixerit Verbum contra Filium hominis: Quomodo fieri posset ut totus mundus ederet de Carne ipsius, quæ non sufficeret paucis hominibus? Ideo Dominus cum Apostolis suis de carnis suæ manducatione loquens, ascensionis suæ mentionem fecit: ut à corporali eos cogitatione abstraheret, & vel inde disserent & intelligerent: Carnem, de qua locutus fuerat Cibum cælestem & in alimoniam spiritualem dari.

Chrysostomus. Homil. 45. In Iohannem. Carnale est dubitare: quomodo nobis possit Christus carnem suam ad manducandum dare: cum hoc sit mysticè & spiritualiter intelligendum.

Homilia 60. ad Populum Antiochenum. Quoniam ergo ille dixit: Hoce est corpus meum, nulla tenetur ambiguitate: Sed credamus, oculis INTELLECTUS id perspiciamus & intueamur. Nihil enim sensibile traditum est nobis à Christo: Sed rebus sensilibus, omnia quæ tradidit, insensibilia & intelligibilia sunt: Sic & in Baptismo, per aquam, quæ res sensibiliis

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.  
lis est, donum illud conceditur: & quod in ea confici-  
tur, regeneratio scilicet & renouatio, intelligibile est.

Augustinus lib. 3. ad Maxim. Cap. 22. In Sacra-  
mentis non quid sint: Sed quid ostendant semper est  
attendendum: quia signa sunt rerum aliud existen-  
tia: aliud significantia: in quibus aliud videtur & ali-  
ud intelligitur. Quod videtur speciem habet corpo-  
ralem, quod intelligitur, fructum habet spiritualem.

Augustinus sermone ad Infantes. Quomodo  
panis est corpus eius & calix vel quod habet calix, san-  
guis eius: Ista fratres ideo Sacraenta dicuntur: quia  
in eis aliud videtur: & aliud intelligitur. Quod vide-  
tur speciem habet corporalem, quod intelligitur  
fructum spiritualem. Corpus ergo C H R I S T I si  
vis intelligere: audi Apostolum dicentem fideli-  
bus: vos estis corpus Christi & membra. ¶ August.  
Sermon. 2. de verbis Apost. Tunc autem erit Vita  
vniciq; Corpus & sanguis Christi, si quod in Sacra-  
mento visibiliter sumitur: in ipsa veritate spiritua-  
liter manducatur.

3.. Rationia autem humanæ quæ post regenerationem Spiritualis facta est: & probat non errores Phi-  
losophiq; sed vera principia de humani corporis pro-  
prijs essentialibus: quatenus verum testimonium  
Creaturis perhibet, fidem non derogamus. Reuera-  
enim piū est, quum & de sacro Christi Iesu corpore  
queritur, testari, illud locale, & nostris simile esse re-  
spectu substantiæ. Hebr. 2. 14. Item corpora nostra in  
vita beata conformia fore gloriose ipsius Corpori.  
Phil. 3. 21. Quanquam enim multas Hyperphysicas  
dotes, ex unione personali cum ἡγεμονίᾳ & gloria, quæ

D I S P U T A T I O   D E

resurrectionē illius subsequuta est, ad carnem Christi  
rediisse, & nobis incenarrabilem illius gloriam esse, a-  
gnoscimus: tamen antiphysicis proprietatibus (qua-  
lis est immensitas, quæ nulli substantiæ corporeæ &  
creatæ competit) in illam realiter effusis eius natu-  
ram destructam esse, negamus. Perfectio enim Car-  
ni Christi obtigit: Veritas autem naturæ eius non  
destructa est. Ut ergo Marcionis, qui corpus phan-  
tasticum cum Christo affinxit, Scyllam: & Seueri, qui  
ea lege atq; omnia substantiam naturæ humanae in  
Christo agnouit, ut tamen proprietates eius Physicas  
absorptas esse, contenderet, Charybdin: denique &  
Schyvencfeldij, qui Christi carnem sic deificatam cō-  
tendit, ut creaturam esse neget, aliorumq; tetros erro-  
res euitemus: libenter repetimus è Symbolo sancti  
Athanasij, hæc de Domino nostro Iesu Christo verba:  
Sed necessarium est ad eternam salutem, ut incarnationem quo-  
que Domini nostri Iesu Christi, fideliter credat. Est ergo fides res  
ita ut credamus & confiteamur: quod Dominus noster Iesus  
Christus Dei filius, Deus & homo est: Deus est ex substantia Patris  
ante secula genitus, & homo ex substantia matris in seculo natus.  
tris Perfectus Deus & perfectus homo, ex anima rationali & hu-  
mana carne subsistens. Aequalis Patri secundū Deitatem, minor  
Patre secundum Humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non  
duo eamen, sed unus est Christus: unus autem non conuersione  
deitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum: Unus  
omnino non confusione substantia, sed unitate persona. Nam si  
cui anima rationalis & caro, unus est homo: ita Deus & homo  
unus est Christus, &c.

Ergo cum beato Athanasio dicimus, aduersus  
Arianos, Filium Dei, sine matre, ex substantia Patris  
ante

EUCCHARISTICA CONTROVERSTIA.  
ante secula genitum: aduersus Marcionitas, huma-  
num corpus organicum ipsum habere: aduersus A-  
pollinatistas, animam rationalem eundem obtinere:  
aduersus Nestorianos, unum esse Christum, nec diui-  
di eius Personam: aduersus Eutychianos, nullam  
seu proprietatum seu naturarum confusionem esse  
factam, quando unione personali, æternus &  
~~Episcopus~~ ille Dei sermo & Filius, naturam huma-  
nam sibi iunxit, inconfusè, inconuertibiliter, indi-  
uisib[il]e, inseparabiliter, ut habeat Confessio fidei edita  
in Chalcedonensi Synodo, quam totam ex animo  
probamus, & profitemur.

### XXVI.

Eorum verò qui à Consensu orthodoxo Eccle-  
siae Dei, hac in parte discedunt, & nobis contradic-  
unt, principia duū generum sunt, quando alijs  
quidem suam opinionem vt cunque tueri: alijs verò,  
veram nostram sententiam confutare, infeliciter  
satagunt.

Principia illorum, confirmantia, inquam,  
hæc sunt.

1. Scriptum in verbis Coenæ Dominicæ: quod si  
quis sequatur, Papistica potius Transubstantatio,  
quam Cardinalis Cameracensis nugamentum, vide-  
licet consubstantatio, confirmabitur.

2. Carnis Christi commenticia multis in locis  
presentia ignota toti Orthodoxæ Antiquitati, ut ple-  
ræq[ue] Ecclesiæ orbis Christiani testantur, & reuera ex  
Eutychianismo ortum ducens.

3. Opinio quæ singit, idèò Carnem Christi vbiq[ue],  
ac proinde in Coena corporaliter præstò adesse, quia  
illa sedet ad dexteram Dei.

4. Cre-

DISPUTATIO DE

4. Cresphygeton falsum & seipsum euertens, de Carnis Christi pluribus essendi modis, quum non nisi vnus sit, secundum quem in Verbi persona illa subsistit.

5. Ad hanc accedit D. Lutheri, ἀντός Φα. Etsi autem hic vir eximium Dei organum fuit, ac praeclarè de Ecclesia meritus est: sicut tamen Petrus Apostolus, apud Antiochenos, non recto pede, ut veritati Euangelij congruebat incedere, & Barnabam aliosq; exemplo suo in eandem simulationem potuit abripare. Galat. 2.13.14. Ita Petro inferior Lutherus, humani aliquid sese passum satis demonstrauit, quando extra contentionis calorem, de mysterio Cœnæ Domini multò rectius pronunciauit, quām in illius æstu & pa-roxyso.

Ideò prudenter faciunt, quicunq; malunt, cum eodem Concordiam cum nostris ineunte (id quod Anno Epochæ Christianæ 1536. factum constat) posterioribus curis, quæ meliores esse consuevere, locum dare, in veritatis viam sese recipere, & in ea in offenso pede progredi: quām cum eodem perturbationibus quibusdam indulgente, & à nonnullis instigato, à vero aberrare: probate Nicolai Papæ iussu prescriptam Berengarij palinodiam (quæ etiam Scolastæ Iuris Canonici displicuit, eò quòd affirmat corpus Christi dentibus teri) Impijs iuxta pīsq; facere communem carnis Christi mandationem, licet nō eodem effectu: usum vnius speciei in Cœna, Eleuationem papisticam, interadiaphora reponere: & alia quædam affirmare ἐκμάτωρ θεού ματα, quæ certè in nullius quantumuis clari emeritiq; hominis gratiam, san-

EUCCHARISTICA CONTROVERSIA.  
nisi hominibus qui in aso se duci non ferunt, recipien-  
da sunt.

Confutantia autem eorundem principia sunt.

1. Contemtus rationis humanæ, quæ ut est radix diuinæ Sapientiæ, ita quum sit post lapsum primorum parentum obscurata, postea tamen gratiæ regenerantis efficacitate, fit tristitia, seu Spiritualis: quo nomine ingrati hominis foret, eximium Dei dominum vili pendere & tragicè exagitare. Scriptum enim est: Ne sitis sicut equus, & sicut mulus, quibus non est intelligentia: capistro & freno maxillam eorum constringis, ne accedant ad te? Psal. 32. 9.

2. Irrisioveræ Philosophiæ. Enim uero quum nos fines egressam suos Philosophiam, & de mundi æternitate, de viribus humanis, de particulari prouidentia, à verò aberrantem, non sequendam: quum etiam de ijs quæ fidei propria sunt, minimè cōsulendam fatigemur: ea tamen, de quibus vera testimonia in Philosophia extant, ideo quia omnis veritas in Logica, Ethicis & Physicis à Deo patefacta est, magnificienda censemus, quis homo prudens id nobis vitio vertat? Ira scuntur quidam Principio, quod statuit, Omne corpus esse loco & tempore circumscripsum: & Philosophicum esse, nec ei locum in Schola Theologica concedendum, clamitant. Si ita libet vitilitigare, quid de doctrinæ Ethicæ principijs & præceptis, quæ & esse Deum, & qualis is sit, & quales nos esse velit, edocent, sicut: Num illa quoq; iuuentuti ingeniosæ irridenda propinabunt? Num doctissimos solidæ & senioris Philosophiæ, (in qua grata de Deo fama sparsa est, & quæ id quod de Deo cognosci potest,

F profi.

D I S P U T A T I O   D E

proficitur, Deo manifestante, per naturæ lumen,  
Rom.1.19.) promos & condos, hostium loco se habe-  
re gloriabuntur? Istud sanè si fecerint, iuuenerib-  
raditis in memoriam reuocabunt Platonis dictum,  
quod monet, insciæ certum signum esse, si quis ab  
eruditissimis viris sese alienum esse dicat: καὶ τι μέτκον  
διμοδεῖας τεκμήσειρ, οὐτέ τις τοις καλοῖς ἀνθεγένει διαφέ-  
ρεται.

3. Sophistica multiplex, ἀποπλάνησις κοῦ ἔστω λογία  
in Colloquijs, narrationes falsæ de tragico interitu  
præclarorum Christi seruorum: audacia præjudi-  
candi Ecclesijs reformatis & multis millibus piorum  
sanctum Iesu Christi nomen inuocantium: licentia  
contradictorijs, in disputationibus serijs vtendi, in  
despectum humanæ rationis, & alia φύσις & tristia,  
quorum certè D E I seruos magnoperè pudere de-  
bet.

X X V I I .

Ex ijs quæ nobis haſtenus dicta & demonstra-  
ta sunt, colligere promptum est, non de tota quidem  
doctrina Eucharistica: sed tamen de præsentia in-  
cum, sub pane, & de manducationis Corporis Christi  
ratione, & de quibusdam circumstantijs & Funda-  
mentis controversiam esse seriam quidem illam, sed  
tamen qua Ecclesiam suam exerceri velit Christus, ut  
qui probati sunt, manifesti fiant inter nos. 1. Corinth.  
11. 19.

Hortamus autem in Domino eos omnes, qui-  
bus dedit Christus id ipsum nobiscum sentire, ut adij-  
ciant fidei suæ virtutem, virtuti verò scientiam, scien-  
tiæ verò temperantiam, temperantiæ verò pietatem,  
pietati

EUCHARISTICA CONTROVERSA.

pietatis verò animum in fratres propensum, animo vertò in fratres propenso charitatem. 2. Pet. 1. 5, 6, 7.

Monetnus etiam eos, qui veritatem quidem agnoscunt Dei dono, quia tamen multis in locis exosam vident, Polypimentem obtinent, nec quid sentiant profitentur: ut ne contra conscientiam agant, ne videlicet etiam intelligentię lumen tandem amittant. Nunquam enim non illis accuratè cogitandum est id, quod beatus Hieronymus, hac commemorabili sententia monuit: Si proprius timorem mortis tacere veritatem, impietas est: quomodo non est maior impietas, propter miscrum ventrem, & honoris vanam spem, tacere veritatem?

Eos, qui in hoc negocio nondum per etatem versati sunt, amantissimè rogamus, ut soli Christo se esse adiungant: ex illius solius verbo, quid de illo statuendum sit, in timore Dei studiosè discant: ac meminerint dictum vetus: Veritatis inuestigatio peccatis impeditur. Calculieorum, ne prauertant cognitionem tantæ rei. Deniq; hoc sibi persuadeant, & uestigationi veritatis, celeritatem iramq; non minus quam consilio, Thucydide teste, officere plurimum: & sectæ alicui per imprudentiam addictos, seruili conditione vti, quando ab aliorum nutu & renatu pendent: & in horum gratiam diuersa modestè docentibus maledicunt, nec eos audire, aut eorum scripta legere, volunt: persimilesq; ijs sunt, qui incurabili scabie laborant, ut alicubi Galenus monet. Si verè dixit Alcinous ille Platonicus: δει ἐλευθέροις τινας τηγ γνῶμην τὸν μελλοντα φιλοσοφεῖν, quanto æquius est, cum qui δεολογεῖν, hoc est, diuinas res inue-

DISPVTA. DE EUCH. CONTR.  
stigare & cognoscere cupiat, liberali mente & senten-  
tia esse?

Postremò eos, qui fortè absentes, dentata char-  
ta prouocare ad triste certamen, quām corām placidē  
conferre Sententias, malunt: admonitos volumus,  
nobis (quibus persuasum est per gloriam & ignomi-  
niam Christo Iesu seruire) nec animum nec otium ef-  
fe, ad instituendam πόρρων velitationem vllam: De-  
um potius pro illis inuocabimus: & charitate certa-  
bimus: non conuicijs: nec in aliena scripta censori-  
am temerè virgulam nobis sumemus. Dominus no-  
ster Iesus Christus, det piam pacem Ecclesiae, reducat  
quasi postliminij iure veritatem in ea loca è quibus  
exulat: benedicat studijs florentissimæ Iuuentutis.  
Extrudat operarios fidos in messem suam: & sancti-

ficit nos totos ad opus suum, ad quod ille nos  
vocavit, Amen. Scripsi Heidelbergæ.

26. Martij, Anno nouissimi.

Temporis 1584.

•SSC•

David Prophetæ, Psal: 31.

In te Dom' speravi, non confundar in eternum..

EPHESINAE SYNODE  
DETERMINATIONES, ISTIS  
anathematismis à Cyrillo Alexan-  
drino conceptæ.

I. Mariam recte dici DEI param.

S I quis non confitetur Deum esse veraciter Emanuel, & propterea DEI  
genitricem, sanctam virginem (paperit enim secundum carnem, Carnem  
factum Dei Verbum: secundum quod scriptum est, Verbum caro factum  
est,) anathema sit.

II. Vnam

*II. Vnam esse Christi personam, Deum & hominem.*

Si quis non confitetur, carni secundum substantiam unicum Dei Patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

*III. Natura assumta non habet rationem personæ.*

Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eos connectione coniungens, eamque qua secundum carnis dignitatem fit, vel etiam auctoritatem & potestatem, ac non potius conuentu qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

*III. Proprietates utriusque naturæ personæ tribuuntur in concreto.*

Si quis in personis duabus vel subsistentijs eas voces quæ in Apostolis scriptis continentur & Evangelicis, dividit, vel quæ de Christo dicuntur a sanctis, vel ab ipso: aliquot quidem ex his, velut homini, qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, aptauerit, illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei Patris verbo deputauerit, anathema sit.

*V. Discernenda vno naturarum in Christo à presentia Dei in alijs sanctis.*

Si quis audet dicere, hominem Christum Θεόφορον, id est Deiferum, ac non potius Deum esse veræiter, dixerit, tanquam Filium per naturam, secundum quod Verbum caro factum est, & communicauit, similiter uos, carni & sanguini, anathema sit.

*VI. Αέγορ negat Deum, negat Dominum Christi dicendum.*

Si quis dicit, Deum esse vel Dominum Christi Dei Patris verbum, & non magis, eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

*VII. Christum non esse tantum ἄρχαντα deitatis.*

Si quis velut hominem Iesum operante Deo Verbo dicit adiutum, & uigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

*VIII. Una adoratione adorandum Christum Deum & hominem.*

Si quis audet dicere assumtum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum & connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam Consyllaba superadiet aliae cogit intelligi) ac non potius unam applicacione veneratur Emmanuel, unumque ei glorificationem dependit, iuxta quod Verbum caro factum est, anathema sit.

*IX. Christum efficacem esse sui ipsius virtute non communicata.*

Si quis unum Dominum Iesum Christum glorificatum, dicit à spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum ipsis fuerit, & ab eo acceperit efficiaciam,

ficiaciam contra immundos Spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius proprium fatetur eius Spiritum per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

X. *Nomina officij competere personæ, non humanae tantum Natura.*

Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei verbum, quando caro factum est, homo iuxta nos homines: Sed velut alterum præter ipsum specialiter oblationem, & non potius pro nobis solis, (non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit.

XI. *Caro Christi viuifica dicitur, quia est propria Verbi omnia viuificantis.*

Si quis non confiteratur, carnem Domini viuificatricem esse & propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum, coniunctidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta viuificate valentes, anathema sit.

XII. *Actiones & passiones tribuntur personæ, seruat & trahit que Naturæ proprietate.*

Si quis non confiteratur Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumq; primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificator ut Deus, anathema sit.

*Psal. 139. 23. 24.*

*Explora me Deus, & cognosce cor meum et examina me & cognosce cogitationes meas.*

*Et vide an via irritationis sit in me, & deduc me in via seculi.*

**F I N I S.**

ORATIONIS; QVA FINEM  
IMPOSVI DISPV TATIONIBVS DE  
CONTROVERSIA EUCHARISTICA,  
Anno 1584. April. 15. delineatio.

L V S T R I S S I M E P R I N C E P S Proemiu.  
& clementissime Domine :  
Magnifice Domine Rector ;  
Generose D. Baro: amplissimi  
& prudentissimi D. Consilia-  
rij: Et clarissimi omnium or-  
dinum Doctores & Professo-  
res in hac Heidelbergensi Aca-  
demia : heroica Nobilitas ,  
ingeniorum & virtutum stemmatumq; laude floren-  
tissima : Hospites lectissimi & ob eximia decora su-  
spiciendi : Tuq; literata Iuuentus, Ecclesiæ & Reipub.  
Christianæ seminarium magis magisq; efflorescens.  
Si per omnem meam vitam, vlo alio tempore, diu,  
multum & optimè premeditata Oratione mihi vtend-  
endum fuit : hoc enimuerò tempore eiusmodi Orati-  
one mihi opus esse intelligo : quo videlicet, summa  
manus & veluti Catastrophe, <sup>orūp</sup> Ө<sup>z</sup>, imponenda est  
publicæ huic de controuersia Eucharistica Disputa-  
tioni ; tum quia Illustrissimi Principis heroica cle-  
mentia, & erga nos bonitate, nobis vtendum est, &  
habenda occupationum ciuilium quoq; & maximè  
necessariarum ratio quædam: tum, quia præter huius  
& aliarum Academiarum usitatum morem, sèpen-  
tino iam est disputatum : tum quia illi, quorum  
causa potissimum Disputatio instituta fuit, eadem  
Argu-

### ORATIONIS

Argumenta sexcenties repetuerunt: & nunc occupationibus Ecclesiasticis paschalibus, sese distrahi queruntur; tum denique, quoniam à nobis, osties iam, disputandi copia illis (quorum equidem fuerat differendi copiam nobis facere, & sua tueri dogma-  
ta) facta est, quum superioribus annis, nostris homi-  
nibus, suppliciter sese audiri potentibus, ne quidem  
Colloquij, quod horulæ vnius spacio & usura consta-  
ret, potestatē à suis prædecessoribus, & à se factam esse,  
probè meminerit pars altera: quæ quod hoc tempo-  
re, toties & tam humaniter, est ad disputandum ad-  
missa, inuitata, auditæq.; id verò Illustrissimi nostri  
Principis summae benignitati, acceptum ferre, gra-  
toq; animo agnoscere, debet.

Verum enim uero, quum res ipsa loquatur, me  
destitui hoc tempore, & otio, ad meditandum: &  
libris, consiliarijs videlicet meis, ad eos consulendos:  
ita me Deus bene amet, nec ingenij, nec facundiæ,  
sed dulcissimæ promissionis Domini nostri Iesu Christi  
(Dabitur vobis illa hora quod loquamini: non enim vos esstis  
qui loquuntur: sed Spiritus Patris vestri, is esst qui loquitur  
in vobis) fiducia adductus & confirmatus: dicam bre-  
uiter vereq; de istius disputationis, in qua sementem  
piæ & veræ doctrinæ de S. Eucharistia, mihi videor se-  
uisse, successu & fructu.

Erit autem omnium vestrum, quotquot haud  
dubiè in solius Iesu Christi nomine congregati ade-  
stis, eximiæ pietatis, prudentiæ & candoris, ea quæ  
nullius mortalium insectandi aut lœdendi gratia, di-  
cturus sum, in optimam partem, ita ut decet sanctos,  
accipere & interpretari. Ut enim vos omnes mini-  
mè fu-

### SYNOPSIS.

mē fugit illud diuinum perceptum : τὸ ἐπιστείχη ἡμῶν  
Moderata æquitas vestra nota sit omnibus homini-  
bus. Dominus propè est: Ita mei muneris est, quæ-  
cunque sunt vera, quæcunque veneranda, quæcunque  
amabilia & εὐφράτα sunt, tum profiteri tum præstare.  
Dominus Iesu Christus dedit, ut ipsi grata, hoc est, ve-  
ra & προσέλατη, ad diuini nominis sanctificationem,  
edicere possim.

Fert autem animus, verè & perspicuè ostende- πρόθαστη  
re, nos præcipuo Dei Opt. Max. beneficio, id esse as-  
secutos, quod ut ageremus, & vt nobis polliceremur,  
fecit nostrum & de Controuersia Eucharistica (eo-  
rum, inquam, quorum studium veri & caritatis Do-  
minus Deus noster hoc tempore explorat, quasi quo-  
dam Lydio lapide, & de ijs, qui à nobis non nihil dis-  
sident, iudicium.

Qui enim optima conscientia, id vnum agunt,  
vt non modò veritas doctrinæ syncerè de Cœna Do-  
mini tum euidenter demonstretur, tum perspicuè il-  
lustretur: sed etiam ut (etiam aduersariorum voce &  
factis) diluantur sinistra præiudicia, quibus illa, tan-  
quam nigris notis, immeritò & inhumanissimè asper-  
gitur; ij, siquidem istud obtineant, finem suum, qui  
rei vltimum optimumq; est; &, ut Augustinus ait, o-  
pus laudabile reddit, assequunti sunt.

Magnas autem toto pectore gratias habeo,  
Filio Dei Domino nostro Iesu Christo, Agonothe-  
tæ & Brabeutæ nostri agminis & certaminis, quòd  
inæstimabili ipsius beneficio, id ipsum concessum  
nobis fuit, & reuera illustre exemplum nobis exhi-  
bitum, commemorabilis sententia, viri bonorum

G

amore

### ORATIONIS

amore & malorum odio clarissimi Philippi Melanchthonis. *Cuncta Dei opera sunt per media contraria; quando non ipsi solum, prout dedit Dominus, causam egimus nostram: sed etiam pars aduersa, id est, consenserui illi nostri, qui non per omnia idem de Eucharistia sentiunt, quod nos, contulerunt non parum ad nostrae causae bonitatem & evidentiam confirmandam & illustrandam, id quod cordatos & eruditos homines, qui octo nostris congressibus interfuerunt, & cum iudicio omnia audierunt, facile animaduertisse, mihi in Domino meo IESU CHRISTO persuadeo.*

Διέξοδος

νολ ΚΤ.

σκεψ.

Si nos re-  
spicias.

Etenim, si nos, qui quod corde credimus ad iustitiam, id ore profitemur ad salutem, sapiens astimator, intueatur; & quid à nobis institutum, dictum & præstitum sit, candide την χωραν consideret, etiam nobis imposterum sacro silentio vtentibus, deprehendet ista, quæ iam numerò perstringemus, omnia.

I. Optima conscientia nos ad optimæ nostræ caussæ iustum defensionem accessisse, tum ut sacræ nostræ vocationi & professioni minimè decessimus, tum ut religiosissimæ Illustrissimi Principis (Ecclesiæ tranquillitatis & veritatis doctrinæ coelestis amantissimi) voluntati, ita ut nos decebat, satisfacemus. De me autem (vt istud κατιδίαν profitear) nequam id dici potest, quod est in Proverbio: *Viro Lydo negocium non erat, itaq; foras profectus emit quod ageret.* Non enim obscurum est ijs, qui vitæ meæ & occupationum, addo & genij & ingenij mei rationes perspectivas habent: esse mihi domi in patria Academia quod

S Y N O P S I S .

quod publici boni ergo, diuinis profitendo literas, agam. Vocatus autem ab Illustrissimo Principe, non sine commeatu & consensu incliti mei Magistratus Sapientissimi, in quam, celeberrimæ Basiliensis Ciuitatis Senatus, huc accessi, non ut ἀσύντακτος Periclem, in laudatissima Heidelbergensi Academia agerem; qui nec ἀνωρεχείας επιτάξαι οὐτε, nec si velim (dicendi facultate non ita magna præditus) possim fulgurando, tonando & permiscendo, res crudas commouere, ut Hippocratis utar verbo. Nunquam fui ἀλλοτριος πιστος, nec ero vñquam, ita mihi dexter perpetuò assit Dominus meus Iesus Christus; qui cum ab adolescentia mea iugum ipsius me ferre voluerit, hoc mihi iam pridem persuasit, vt ipso & per gloriam & per ignominiam seruire, mihi sit propositum. Quod tamen Communionis Sanctorum, publicaque causæ rationem me habere, pietas ipsa iuberet, Praesidis in hac disputatione partes, ab illustrissimo Principe, & Sapientissimis Dominis Consiliarijs, mihi demandatas, licet onus viribus meis impar, & multò maius, quam præuideram, mihi passus sum imponi: plus enim uero tribuens & bonitati nostræ causæ, & gravissimorum hominum iudicio, quam & aliorum præiudicijs, quæ mihi meditata iam erant omnia, & meæ τῆς εὐθυμίας quæ mihi occinebat beati Augustini dictum: *Tutior est conditio audientis, quam discentis.* Vnus itaque, hospes, libris destitutus, excepti tela eorum, qui scriptis, librorum adparatu instructi, & ciues huius loci, socia iungentes consilia & Theologica arma, non sine applausoribus suis accedebant, animis, ut sāpiculè sensi, non nihil

### ORATIONIS

commotis; quo nominemih ab omni vehementia  
& acrimonia constanter abstinentum esse duxi, nec  
me, vt scitis omnes, vel sauis dictis vllis, passus sum  
concitari: cuius propositime quidem non pœnite-  
bit vñquam.

2. Propositas autem esse Theses, perspicuè ve-  
rèq; ac citra aliorum odiosam reprehensionem aut  
infectionem scriptas, res ipsa testatur. Secutus au-  
tem sum methodum Tabellæ, quæ de Controversia  
Eucharistica in gratiam heroicorum & nobilissimo-  
rum quorundam Iuuenum non ita pridem scripta: &  
à magni nominis viro alibi à M. et O., absente aucto-  
re, bono consilio, edita est. Illud autem certò scio,  
auctori Tabellæ, neque per febrim neque personni-  
um vñquam in mentem venisse, deliramentum im-  
pium stolidumq;, quod singit Cœna Dominicæ In-  
stitutionem, ad τὸν λόγον restringendam esse, quum  
illa toti Emmanuelis Iesu Christi personæ accepta sit  
ferenda. Ut autem mihi nequaquam vñquam visum  
est, Antagonistarum vllis, seu simplicibus seu con-  
iunctis verbis, simulandi nescio cuius non veri con-  
fensus gratia, vti: Sed potius cum disertissimis Ora-  
toribus, Apostolis & Euangelistis: accum tota An-  
tiquitate Ecclesiastica, & sentire & loqui: Sic exi-  
stimaui initio ea, de quibus cæteroquin dissidentibus  
conuenit, ordinè & perspicuè & fide optima reci-  
tanda, vt ostenderem à Cœna Dominicæ nequa-  
quam Christum Dominum, sine quo nihil sanctum,  
nihil salutare est, à nobis excludi; aut veritatem In-  
stitutionis verborum, Christiq; Iesu fidem in pacis  
seruandis, omnipotentiam aut præsentiam, qua  
toti

SYNOPSIS.

toti Ecclesiastico Ministerio à se instituto semper & vbiq; gentium adest, in dubium sceleratè à quoquam nostrum vocari: deinde, in quo cardine controversia versetur: postremò quibus vtraq; pars fundamētis nitatur, quām sit manifesta & inuidita veritas & bonitas nostræ caussæ: hæc tria, inquam, sic mihi exponenda duxi, vt partem alteram haud secus interim tractarem, quām me ipsum ab ea cupiam officiose tractari & haberi.

3. Responsum est etiam ad Argumenta (vt amantere a sic vocem, quando parti alteri talia esse videntur) placidè: & cum Præsidis munere mihi esset defungendum, necesse habui declarare nonnulla. Verbi gratia Enunciationem istam: *Totus Christus est vobis que, sed non totum Christi, exposui verbis Damasceni, qui ait: τὸ αὐλόν ὁ λορ, φύσεως ἐσὶ προστικός, τὸ δὲ ὄλογον ἐν προσώπῳ.* *Totum* denotat naturam, *totus autem* personam. Professus sum me agnoscere, Christum quā homo est, vbiique esse: sed vt beatus Cyrillus ait, κατ' ἄλλο οὐ κατ' ἄλλο: quando rectè dixit Augustinus, Serm. 118. *Sola caro in sepulchro iacebat: & tamen confiteris Dominum Christum in sepulchro iacuisse: sola caro iacet: & tu dicas, Dominus noster iaceat.* Nihil à me retractatū est, nihil quod dextera datum fuit, sinistra vñquam eripui: sed vitandæ ambiguitatis gratia, necessarias expositiones vocum, insti-tui, vt intelligentes omnes facile animaduerterunt.

Quam verò facile fuerit, ad obiectiones Adversariorum, mediocriter exercitato, respondere, vel sola precipuarum recensio satis ostendit.

1. Non est tropus in subiecto & prædicato huius Enunciationis: Panis est corpus Christi. Ergo nullus

ORATIONIS.

ineft tropus. Quasi verò non sit in genere attributio-  
nis sacramentalis, nec multa de toto verè dicipol-  
sint, quæ de parte aliqua non ita prædicantur.

2. Filij D E I appellatio solùm τὸν Λόγον denotat.  
Igitur qui ait Cœnam Domini à Filio Dei institutam,  
negat eandem ab Immanuele & Homine Christo in-  
stitutam. O Carneadeum acumen: & strenuam in  
Antecedente petitionem principij?

3. Patres manducarunt tantum ἑργεαν corporis  
Christi, quod nondum actu existebat. Non ergo  
ita ut nos viuificam Christi carnem comederunt.

Quasi ἑργεαν aliqua sit eius rei, quæ nullo mo-  
do extat in natura rerum? Non enim illis libet nobis  
scum credere, carnem Christi, quæ ordine naturæ non  
dum erat Patrum inquam ætate, & coram Deo pro-  
mittente, & ratione fidei, quæ facit ut existent quæ  
sperantur, & est ἡλεγχός corum quæ non videntur,  
Patribus neutiquam defuisse: quando Iesus Christus  
heri & hodiè idem est & in secula.

4. Sacra menta propriè dicta, habent institutio-  
nem diuinam, signum, rem signatam, effectum: ut  
etiam D. Beza scribit.

Hæc autem de Agno Paschali & de Manna dici  
nequeunt.

Quare hæc duo inter propriè dicta Sacra menta  
referti nequeunt.

5. In qua propositione corporis Christi vocabu-  
lum, de vero & essentiali ipsius corpore dicitur, ea  
τὸν ἄρχοντα accipienda est.

Atqui in propositione: *Hoc est corpus meum,*  
*ita sumitur Corporis vocabulum. Ergo, &c.*

Quod

S I N O P S I S .

6. Quòd (verè & propriè loquendo) manducatur,  
id ore manducatur. Atqui Christi corpus (propriè lo-  
quendo) manducatur. Igitur ore manducatur.

7. Augustinus dicit etiam Infidelem totum Sa-  
cramentum percipere. Igitur infidelis manducat  
Christi carnem.

Quasi verò Augustinus non sit synecdochicè lo-  
cutes. Omitto aliorum Sophismatum recensionem.  
Ut enim leonem ex vnguis: sic ex ijs quæ dixi, & cæ-  
rera leptologemata, & eos quibus illa placent, pru-  
dens & stimator facile agnoscer & dijudicabit.

4. Dixi vera & consentanea per totam Disputa-  
tionem, quia non respexi ad latissimos humanarum  
doctrinarum, seu potius opinionum, Septentrio-  
nes, sed ad Cynosuram verbi Dei, quæ nequaquam  
fallit. Ideò, quicquid nonnulli (diserti sui in Theo-  
logia profectus patroni) falso dictitent & spargant,  
de meo silentio, quo me nunquam in hac disputati-  
one vsum, omnes quotquot adfuerunt, probe noue-  
runt: & de non Entis efficacitate concessa (quam ab  
hominibus, qui se Theologos dici cupiunt, in quaesi-  
one de Iesu Christo, qui Est, qui erat & qui Venturus  
est, mihi obiectam esse, sapientes homines quibus a-  
nimis audituros, iudicatis? (me quidem nec dicto-  
rum meorum, nec laborum, quos sustinui minimè  
certè vulgares, piget aut pœnitet. Ex animo aatem,  
ut verum dicam, miseret eorum omnium, qui sibi  
clauem cognitionis sumunt, & non introeunt, intro-  
ire autem cupientes prohibent. Veram C H R I S T I  
presentiam, qua habitat in cordibus nostris per fi-  
dem, & nos sibi concorpores efficit, ex toto Euau-  
gelio,

ORATIONIS.

gelio, perspicuè probauit: cum pars altera præsentia  
am corporis Christi in pane ne quidem vnico Scri-  
pturæ sanctæ apice, confirmare potuerit. Sacra Sym-  
bola Oraliter, ipsam autem Christi carnem per fidem  
Spiritualiter accipi docui; quum Oralem illam Cat-  
nis Christi manducationem, qua sensualiter editur  
& dentibus teritur, pars altera, non nisi Nicolai Pa-  
pæ, & Neotericorum suffragatorum eius) quibus re-  
tè Scholiaest Iuris Canonici reclamauit) auctorita-  
te, sicut nlo sane præsidio, possit tueri. Pronomen Hoc,  
in verbis Domini nostri Iesu Christi: *Hoc est corpus*  
*meum, de pane intelligi debere ostendi, quando & pri-*  
*us enunciatum fuit, quam corporis facta esset men-*  
*tio: & alioquin non disparatum de disparato, sed i-*  
*dem de eodem inepte prædicaretur: & deniq; Pau-*  
*lus disertè dixit, Panis quem frangimus nonne communio*  
*Corporis Christi est? Nihil de eo iam dicam, quod de*  
*poculo dicitur, subiecti demonstrandi gratia: Hoc*  
*equidem argumentum optimæ & sanctissimæ nostræ*  
*causæ est, illa omnium eius partium sinceritas  $\pi\alpha\pi\alpha$*   
*væguovia, seu consensio, quando verum verò per o-*  
*mnia suauissimè consonat.*

5. Contumeliosas voces, quibus tam nonnulli  
sancti Dei homines, in Iesu Christi sinu iam quiescen-  
tes, quam superstites quidam eximij Dei serui, à par-  
te altera proscissi fuerunt: Ideo surdis auribus præ-  
teriuimus, quia delectamur, Nazianzeni grauissimis  
& saluberrimis versibus, quorum hæc sententia est.  
Si quando contumelia viri tuum pectus: memento  
Christi, memento eius vulnerum. Quota autem por-  
tio

SYNOPSIS.

tio est eorum quæ tua caussa tulit Dominus? Ita vel-  
ut infusa aqua id dilues, quod te vrit, & magnoperè  
ibi dolet.

6. Fortassis autem iudicio sapientum, peccauimus erga interrogantes quosdam lenitate, quæ fe-  
nestrarum & πεπλανησεως & digressionum, ac repetitio-  
num (nihil ut grauius dicam) illis aperuit. Sed ita in-  
genium meum est, nunquam non, de charitatis præ-  
cepto tam sanctè nobis ab ipso Deo præscripto; & de  
ludice nostro antè ianuam adstante: deq; mea im-  
becillitate cogitanti, sentio viscera miserationum  
commoueri, quando etiam infestum & insolentem  
Aduersarium, vel hæc re perplexum (sic ut Syllogis-  
mos in illius gratiam me formare necesse sit) velsibi  
ipsi, in consultis dictis, humanitatis & doctrinæ lau-  
dem, & eruditii hominis personam, coram multis ar-  
bitris, eripere, animaduerto. Malum tamen patienter  
multa ferre, & tedium omne deuorare, quam inflam-  
matus τῇ ἀσχυνγιωμοσύῃ, & acerbitate dictorum, ta-  
lionem reponere: & disputationis abrumpendæ an-  
sam cuiquam præbere. Non enim ingenij & vbera-  
tis doctrinæ (quam in me non magnam agnosco) o-  
stentandæ: sed asserendæ pia veræq; de Cœna Do-  
mini nostræ confessionis gratia, me aedesce, functio-  
neq; religiosa publici muneris me defungi, per Chri-  
sti gratiam probè noueram. Fortassis autem morosi  
quidam Censores, vbi meo exemplo in proscenium  
aliquando prodierint, & arduam aliquam caussam  
suscepérint tractandam; diuersitatisq; ingeniourum  
gustum perceperint, ac quid ipsorum quoque hu-  
meri valeant, fuerint experti, non nihil meis istis

### ORATIONIS

studijs & laboribus, æquiores erunt. Audio autem & illud impatienter quendam ferre, quò d à me, hospite in hac Schola, & quorundam in differendo virtutis & vsus ignaro, nominatus, postea tamen conferendi mecum locum non obtinuit; verùm si quidem is, pro sua modestia, suis sese collegis doctiorem esse non iudicat, hosque caussæ suæ non defuisse censem; boni consulter, quòd, non vlo nostro consilio, sed collegarum suorum copiosa facundia, eo fuit adductus, tacere vt illi liceret, exemplo Antesignani, (oculi agminis sui) quem seit in harenam non descendisse; sed & tyrones suos, triariorum loco libenter habuisse, eisque rem totam commisisse, sibique egregiè sanè & comicè cauisse.

*Si Antagon  
nistas p̄p̄s  
Hes.* Dixi fide bona, quomodo vt caussam nostram tuti nostri ratio, vt eadem fide & perspicuitate, circa cuiusquam odiosam nomenclaturam, ostendam, quomodo pars altera negocium suum egerit. Enim uero quum plurimum laborauerit, in eodem tamen statu hærens, nostræ interim caussæ non parum profecto contulit; vt hic quoque admirabilia Dei iudicia, nos agnoscere, & sanctissimo nostro instituto, ex animo nos gratulari, æquissimum sit.

1. Si enim ἀρχοβολίσμων, seu primam velitationem, qua eminus nos adorando, ambigua, vbi nulla plausuerunt: & deinde, iustum dissertationis præium, in quo collatis signis, illorum Sophisticis & nostris Apositicis, actum fuit, prudenter quispiam consideret: re ipsa deprehendet, illos initio quidem capitum quorundam

### SYNOPSIS.

rundam, de Instituto Cœna Domini, de eius præsentia, & de veritate verborum Institutionis, de quibus Controversia inter pios nulla est, quasi quosdam margines, genuino infixo frustrâ concutere & lacetare conatos: ut scilicet ἀργιλεῖας & circumspetionis admirandam, apud terum imperitos, famam aucepantur: deinde verò, vehementer rogatos à nobis, vt si ita ferrent eorum animi viresque cuni hastâ, cum scuto, ipsam caussâ arcem inuaderent. Ac donec modestè ab illis auctum fuit, laude ea à me ornati sunt citra fucum aliquem: quam illi immodestè postea agendo, sibiipsis absteserunt. Ut non tam sit, cur iſ meum in laudando candorem, eo nomine ambitiosè allegent, sui videlicet ornandi cauſsa, quibus ipſe postea admonitionis ad modestiam sale, non nihil fui molestus: quam eur sibiipſis eo displeaseant nomine, quod grauitatis Theologicæ propoſitum mutantes, in reprehensionem, non meam ſolum, ſed etiam aliorum quorundam prudentium hominum, inciderunt.

Ex Sophisticis itaque Catapultis & machinis, tela & phalaricæ plumbeæ, in Veritatis adamantinam petram ciaculatæ & contortæ ſunt, tanto enim uero conatu, ut amissa acie, obtusa relaberentur.

Opera preium autem fuerit & illud ſcire, quos fines illi ſibi proposuerint, & quæ tandem capita doctrinæ obtainere conati ſint. Primum erat, an infideles, Cœna Domini vrentes, manducare, & quidem ore corporis, ſacredissimum illud Iesu Christi Corpus: ſed tamen ad iudicium. At qui nec in illo-

.ORATIONIS.

rum gratiam instituta est Cœna: & corpus Christi manducatum, vitam, spretum & abiectum, mortem (sed hoc accidentaliter, non participationis, sed priuationis respectu) operatur. Secundum, sanctissimos Deoq; charissimos Patres, non manducasse corpus Christi, sed tantum eius ἐνέργεια: quasi verò de terior olim fuerit Patrum conditio, quām hoc tempore (opinione illorum) infidelium est, vel etiam vis viuificandi à participatione corporis Christi seiungi possit: vel deniq; Christus Iudicis munere fungi nequeat, erga infideles, nisi hi corpus illius Oraliter prius manducent; quo posito, sequitur non iudicandos eos infideles, qui sacra Cœna nunquam vtuntur. Tertium, Oraliter non minus Christi carnem, quām panem in sacra Cœna edi. Atqui implicat contradictionem, si quis dicat, corpus Christi localiter non adesse, corporaliter adesse; oraliter & supernatura- liter manducari. Quartum, Scriptum in Verbis Cœna Domini sequendum: quo posito Transubstan- tiatio Papistica potius sequetur, quām Cardinalis Cameracensis delirium, videlicet Consubstantiatio, seu præsentia corporis Christi ad locum panis. Talia autem fuisse aduersæ partis Sophistica leptologema- ta, quales fuerunt, Theses, quas defendendas susce- perunt, quis homo prudens miretur, cum similes ha- beant labra lactucas?

2. Iam quum ijdem, erroribus illis, alios insuper nouos, & in Ecclesia nunquam antea auditos, addiderint; & quidem eiusmodi, ut mihi quidem dubium non sit, etiam præceptores istorum interrogati, doctos & exercitatos homines, nunquam eos esse

### SYNOPSIS.

esse approbaturos: quis non videat, ipsos sibi & caus.  
se suæ malè consuluisse? Quis vñquam in Ecclesia  
aut Schola Christiana audiuit hanc κεροφωνίαν: Filij  
Dei appellatio restringenda est ad λόγον: quum Pater  
æternus cœlitus clamauerit, dicens: *Hic es Filius meo*  
*dilectus, in quo acquiesco?* Item, quum toties in Scri-  
pturis, etiam Filij appellatio, κατ' ἔξοχην sumta, to-  
tam Immanuelis, veri Dei & veri Hominis, personam  
designet? Quis vñquam fando audiuit, è propriè di-  
ctorum Sacramentorum Albo expungendum esse  
Agnum Paschalem & Mannam? Paulus Magistro suo  
Iesu Christo subscribens, inter propriè dicta Sacra-  
menta ea refert, & cum nostris illa confert, δέ τινα ex  
Interrogantibus negat: utri, quæ vos Opt. Audi-  
tores, credemus? Evidem Apostolo malim ipse fi-  
dem habere. Negauit idem fortiter, Cordis Circum-  
cisionem esse rem Sacramenti, in Circumcisione: &  
identidem Fœdus rem Sacramenti esse contendit,  
cum hoc vt totum, cætera complestatatur. Fortiter af-  
firmauit, Patres nec promissionem habuisse nec man-  
datum de carne Christi manducanda: quum Paulus  
dicat: *Omnes eandem escam spiritualem ederunt: & omnes*  
*eundem potum spiritualem biberunt, Bibebant enim ex sequente*  
*spirituali Petra. Petra autem erat Christus. 1. Corin. 10. 3 & 4.*  
Negauit etiam idem verba Institutionis Cœnæ Do-  
minicæ, fidei conditionem requirere: quasi verò  
non sint verba promissionis gratiæ: vt piè monet  
Augustanæ Confessionis Apologia. Dixit quidam  
ex aduersa parte, satis profectò Cathedraliter, Non  
existare apud Mosen, Gen. 17 Enunciationem, Cir-  
cumcisio est fœdus. Quasi verò eam non stolidus le-

### ORATIONIS

& or, ex versib. io & ii colligere nequeat: quum ita  
habeant verba: *Hoc est pactum meum quod obseruabitur in-  
ter me & vos, atq; inter semen tuum posse te, ut circumcidatur in  
vobis omnis masculus.* Circumcidetis vero carnem praeputij vos-  
tri, eritque signum pacti inter me & vos? Pollicitus est idem  
ostensurum se, Regulam de Sacramentalibus locutus  
onibus, quas Figuratas nuncupamus, in quibus signo  
quidem vel nomen rei signatae, vel huius effectum:  
signato autem, vel signi nomen vel huius effectum  
tribuitur, auream non esse, (Sic eam ipsem et appellab-  
laueram) sed vix esse plumbeam, & nec veram,  
nec ullius precij. Idem, quum dixisset, Prædicati-  
onum de Filio Dei alias esse proprias, figuratas ali-  
as: a chas ad tropum & ritus & synecdochen spe-  
ctare, ad proprias reuocari posse: exclamans admo-  
dum zelose: Ergo tropicum Christum facis: ergo  
Deitatem illius cum Arrianis in dubium vocas. Ma-  
lebat homo acutus, dicere, in usitatibus esse: non inte-  
rim videns quoniam (eodem modo, si libuisset, quo  
ille me argumentante) ei res euasura esset. Sapientia  
autem animaduerti, & Sacramentales, & eas quae de  
Filio Dei in Scripturis sanctis occurunt, prædicatio-  
nes, nimis in usitatibus esse quibusdam Rabbinis: qui-  
bus videlicet aquae ut Ecclesiasticum dicendi genus,  
& usitatæ sunt & notæ. Ecclesia me miseret, quæ tales  
habet Hierophantas, quos certè non puduit in am-  
plissimorum & grauissimorum virorum corona, Syl-  
logismos mihi exigenti respondere: *Quorsum opus est  
Syllogismis auctorationibus?* Ut iam de eo nihil dicam,  
quod mihi negantilemma aliquod in ipsorum argu-  
tijs, sèpè responsum fuit; Proba tu.

Quid

S Y N O P S I S .

Quid talia dicenti, aliud respondeas, quām quod  
mihi illa audienti rūti dīctauit charitas: vt inām mī  
hi priuatum ista dices, sic vt silentio tegi possent,  
nec coram tot tantisque arbitris & testibus, tuꝝ per  
sonae parum consuleres? Anne autem Prophetarum  
& Apostolorum loquendi rationem, toti eruditæ  
piæque Antiquitati ignotam fuisse, aut ab hac de-  
pauatam esse putabimus? Idem, quum Sacramenta-  
lem esse prædicationem in Verbis Pauli: *Petra erat  
Christus*, dixisse, allegato etiam Augustini dīctō  
dicto ex Episto. 102, non sine Sardonio risu, illud  
negans: *Quæ sit igitur, ait, tandem Sacra menta constitutis?* Hæc  
scilicet homini (Antiquitatis Ecclesiastice oper-  
taneorum sacrorum Mystagogos) idè dicenda erant,  
vt, si Deo placet, ex diuersis Patrum dīctis, quæ do-  
cent, Corpus Christi ore percipi, colligeret, oralem  
illam carnis Christi manducationem? Non enim in-  
telligebat Phrasim Sacramentali, effectum signi, signa-  
to tribui. Metonymiam tandem agnoscebat in di-  
cto, *Petra erat Christus*; in verbis Coenæ non agno-  
sciebat Metonymiam, ne Tropicum Corpus Christi  
statuere videretur. Erat sanè ἀδεια διδότ. Scilicet  
omne id tropicè tantum, non autem reuera est, de  
quo extant, non propriè solum, sed etiam translatæ  
dicendi formulæ? Simile fuit quondam eius viri a-  
cumen, qui negans verbis illis, *Hoc es Corpus meum,*  
*tropum inesse: interim quiddam τρόποι εἰσὶ, seu tropo-*  
*similimum inesse ingenuè fatebatur.*

Quum dicerem, Baptismum dici lauacrum re-  
generationis, ibi idem ille, Baptismi voce & signum  
& signatum existimans indicari, nec homonymia  
vocis

ORATIONIS

vocis Baptismi, nec dicti Petri, Baptismus nos seruat,  
non quo carnis sordes ab ieiuitur, &c. ullam habuit  
rationem.

Omitto, (vt honori alieno parcam: non nisi  
atroce προτίθεται caussa compulsa, ea prolaturus in  
lucem) alia absurdā ηγετήσαφημα; nam & ista, (licet ij),  
qui ad Cataupa pordigiosi sui dogmatis & anathe-  
matismorum hastenus versati, nobis gladiatorio a-  
nimō sese opposuerunt, ea quae dixi, confidentissimè  
protulerunt) non sine commiseratione & crebris ge-  
mitibus, repeto, Dei verò iudicia veneror & agno-  
sco: eumq; oro, vt nobis det veritatem constanter  
profiteri & tueri: ac vt cæteros quoque in veritatis  
viam deducat.

3. Porrò, quum ipsimet Domini interrogantes  
adducerent & probarent quædam illustria de Cœna  
Domini dicta, Ioannis Caluini, p. m. & V. Cl. Theo-  
dori Bezæ, amici mei optimi, eaq; toti Auditorio  
prælegerent, non semel, sed iterum: An non ipsimet  
testatum fecerunt, atrocem nostris doctoribus & pa-  
storibus iniuriam fieri, quando apud imperitam mul-  
titudinem, non equidem sine stentoreis clamoribus,  
traducuntur, quasi in Cœna nihil aliud agnoscant,  
præterquam nuda, & μυημοντικά tantum signa effi-  
caciae ac meritorum; non etiam ipsius viuificæ Car-  
nis Christi communicationem statuant? Rectè e-  
quidem Aristoteles pronunciauit, eam laudem ma-  
gnificiendam esse, quam virtutis manifesta docu-  
menta, etiam hostibus extorquent. Debemus ergo  
Dominis Interrogantibus aliquam gratiam, quod ne  
quidem rogati, honorarios præcones, innocentia  
nostræ

SYNOPSIS.

nostræ & sinceræ confessionis nostræ, eo pacto egerunt; ac ut eadem fidelia duos dealbarent parietes, Hierophantis (qui denudis Symbolis vitilitigationē nobis intendunt) ora obstruxerunt, quando vident Dominum Bezam, etiam illis attestantibus, tam perspicuè docuisse & docere, In Sacra Domini nostri Iesu Christi Cœna primū signa Sacramentalia, panem videlicet, vinumque Domini; deinde rem Sacramenti, nimirum Corpus Domini pro nobis traditum, Sanguinem Domini pro nobis fusum: postrem efficiaciam fructumque Spiritualem, sese ex toto corde agnoscere, constantérque & perspicuè profiteri.

4. Illud autem, quām magnum sanctissimā nostra causā argumentum fuit, quod quum pars aduersa, nunquam ante hac, dum adfuiimus, Disputatione instituta, nobis argumenta nostra adducendi copiam fecerit: quod tamen professionis eorum ratio dictabat & postulabat: sed octies nobiscum congres- sa, suam causam summis suis viribus egerit; nunquam tamen, vel digito extremo attigit, illa sua ini- quapräiudicia, quibus tamen ab ea tentata fuit, Cōfessio fidei, illustrissimæ memoriae FRIDERICIS Pif, Comitis Palatini ad Rhenum, Sacri Romani Imperij Principis, Electoris & Archidapiferi, Bauariae Ducis, &c. quam heroico Spīritu, sincerè & constanter proficeret, Illustrissimus & fortissimus noster Princeps, Dn. JOHANNES CASIMIRVS, Comes Palatinus, &c. optimi parentis vestigijs insistens, pro cuius etiam Confessionis defensione hæc disputatio Dei auspi- cij, Principis autem mandatu, est instituta & iam

I habita.

ORATIONIS

habita. Nemo , vel conseleratissimi Arianismi, qui à nullis Magistratibus maiore Zelo , quām à nostris , vindicatus; à nullarum aliarum Ecclesiarum doctribus , maiore demonstratione Spiritus , confutatus est, absit disto arrogantia, quām à nostrorum Pastoribus & Doctribus ; vel impurissimi Nestorianismi, vel dicis causa nobis aspergendi, uno verbulo inter disputandum vñquam commeminit. Manifestum enim est, non magis verè & speciosè, illa opinionum hæreticarum portenta, nostra Orthodoxa Confessioni obiecti posse, quām olim Euangeliō & eius fidelibus promis & condis, Euangelistis, Apostolis cæterisque noui Testamenti Ministris, doctrina Legis , Mosis & Prophetarum abrogatio & contemtus fuit obiectus,

5. Conuitia autem , contentiosas voces & alia carnis opera , pessimæ caussæ signa Pathognomonica , quoties audiui, toties mihi in mentem venit illud Ciceronis dictum : *Qui in alium dicere paratus es, sibi ipsi innocentiae legem præscribit.* Suman tibi sanè Censoriam Virgulam , qui sibi castæ modestæque adolescentiæ probè concij , hoc etiam ætate virili consecuti sunt à Domino , ut sobrietatis, temperantiae, humilitatis, doctrinæ sinceræ laude, conspicua sit illorum virtutis ætas & senium : qui iuueniles cupiditates fugiunt, sectantur autem iustitiam, temperantiam, fidem, charitatem, frugalitatem, cum omnibus ijs qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi. Non autem ij , citra populi Dei suffragia, Censoriam in alios auctoritatem sibi sumant, qui Curios simulant & Bachanalia viuunt. Me equidem

SYNOPSIS.

equidem conuitijs anilibus, non magis quam an-  
serinis sibilis affici sentio, qui etiam hoc in schola  
Domini mei IESV CHRISTI mihi videor didicisse,  
ne quidem vipereos sibilos & morsus, mihi extime-  
scendos. Per placet enim mihi illud Tertulliani:  
*Si apud Deum deposueris iniuriam, ipse ultor es;* *Si damnum,*  
*ipse restitutor es;* *Si dolorem, ipse medicus es;* *Si mortem, ip-*  
*se resuscitator es.*

Parum in schola Christi profecit, qui si audi-  
at, id sibi ab homine temperaniam & humilitatis the-  
ologicæ laude non admodum celebri, vitio dari,  
quod posterioribus curis, quæ meliores esse consue-  
verunt, locum dedit, id molestè fert: aut qui graue  
esse putat tacere ad vana conuicia; quid enique ini-  
micos non diligere potest, ut maximè errores eorum,  
prudenter & meritò auersetur, morum inciuita-  
tem, improbet?

Videtis, Clarissimi auditores, Dei æterni propri. *Complexio*  
tia prouidentia id nos obtinuisse, quod nobis in hac  
tota disputatione maximè cordi fuit, vt videlicet  
veritas pię nostrę confessionis de Cœna Domini ma-  
gis magisque confirmaretur & illustrior redderetur.  
Intelligitis etiam, tum quid *θεός οὐτός;* eius rei cau-  
sa à nobis præstitum sit, quid etiam altra pars, cui  
certè ex animo benè volumus, ad eam iuuandam  
contulerit.

Prudentiæ vestræ pietatisque iam erit, animi oculi  
ad Deum conuersi, eius miranda & iusta iudicia  
adorare; & carnis ac sanguinis præiudicijs antiferre  
id quod Deum iam egisse, res ipsa loquitur.

## ORATIONIS

*Exhortatio ad Ius  
mentum literatum.*

Ad tenunc, iuuentus studiofa, gaudium, & corona mea, me conuerto, ea per Dei gratiam breuiter dicturus, quæ vsibus tuis seruire poterunt. Tum demum autem plerosq; iuniores in hoc cœtu fidem habituros orationi meæ, auguror, vbi velut manu Iesu Christi prehensis, & in Theatrum eruditiorum hominum productis, de rebus magnis ( ita ut mihi toties iam faciendum fuit, in hac splendidissima, illustrissimi Principis, illustrium, nobilissimorum hominum, corona) ex tempore aliquando respondendum erit, in Scholis Iurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, aut Theologorum. Scio enim quid ætas exercitum, ardua quaestio, eruditorum conspectus, infirmitatis propriæ conscientia, tandem homini non nihil rebus aduersis & ingenti labore domito, in eiusmodi Theatro suggerant. Ac, vt de medicam, quod res est, in tot conflictibus, & tot telis in me vnum contortis, sensi tandem animum meum obtundi, & me varietate non nihil distrahi, nulla autem realia, quam intemperie & importunitate, & sanitissimorum quorundam Christi seruorum, qui iam in Cœlo cum eodem viuunt, satyrica infectione, perturbatum esse (vt nihil iam de vitrea huius terreni domicilijs mei valetudine, dicam) fateor ingenuè. Sed ad rem.

1. Duæ sunt ingeniorum quorundam quasi quædam pestes, ὁρομενία, hoc est, opinionis semel conceptæ amor inconsultus & insanus; & προσωποληψία seu nimius personæ respectus, & veluti fatuus quædam stupor, & admiratio nimia & planè inconsulta. Illa facit, vt opinio sine omni dijudicatione semel apprehens

### SYNOPSIS.

apprehensa, scientiæ loco habeatur, ac vim faciat rectitudini: Hac efficit, ut nius adamati Magistri autoritas omnium rationum instans, & ut præcludatur intelligentiæ ianua. His malis medentur, amor veri, & studium ac admiratio vniuersitatis doctoris Iesu Christi, in cuius solius verba omnes iurauimus.

Quod ergo de vita recte instituenda præclarè dixit Seneca, id ad veritatis inquisitionem & expositionem recte referemus. Istud, inquit Seneca, maximè nobis est præstandum, ne pecorum ritu antecedentem gregem sequamur, pergentes non quæ eundum est, sed quæ itur. Ne igitur unquam errantium multitudinem sequamur, si quidem saluti nostræ consultum esse volumus; sed ipsis nos adiungamus, qui in veritatis via sese continent, & citra turbulentos affectus, eandem profitentur, acre ipsa testantur, sibi cordi esse illud Syracidis: *Vixque ad mortem deserta pro veritate, & Dominus Deus tuus pugnabit pro te.* Ne etiam nobis persuadeamus, nunquam nos vel errasse, vel etiam errare potuisse. Stat enim illud Tertulliani: *Aberrare unquam, magis diuinum, quam humanum.*

2. Intueatur Iuuentus etiam Ethnicorum quorundam exempla, quæ virtutis caussa celebrari debent, & discat studere tum paci tum publico bono, cui communes nostri hostes insidias struunt. Inter Antisthenem & Aeschinem olim simultas exorta fuit, de qua cum illi quidam illiteratus Iron dixisset, ubi iam est Philosophica vestra amicitia, de qua tanto perè gloriamini? Dormit, respondit Antisthenes. Ego vero paulò post illam expergescam. Nec diu

### ORATIONIS

cunctatus Aeschinem adit, & Quando, tandem, affi-  
desinemus nugari, ac Cerdonibus, Salsamentarijs,  
fullonibus, alutarijs, alijsque id genus, egregijs scili-  
cet proceribus, nos exagitandi ansam præbere? Re-  
spondit Aeschines, quum tibi quoque videbitur.  
Tum Antisthenes, cogita ergo, inquit, me, quum na-  
tu maior essem, pacis impetranda, causa priorem te  
adisse. Respondit alter: Profectò, vides me multò  
melior: nam à me quidem offensæ, abs te autem con-  
ciliatae satisque gratiæ, initium fuit. Redierunt ita-  
que hi duo in gratiam. Si propter communem Phi-  
losophiæ professionem, & ne imperitæ multitudini,  
obtrectandi materiam ansamque præberent, Eth-  
nicis illis visum est, simultate deposita, amicitiæ stu-  
dere: quid hominibus Christianis, quibus Deus præ-  
cepit: Diligite veritatem & pacem, faciendum iudicabi-  
mus? Porro, quoties de communi hoste Antichristo,  
& de eius astutia & potentia cogitamus, cur non com-  
miseratione erga eos, qui nobis in parte aliqua do-  
ctrinæ non satisfaciunt, moti vel illud cogitamus,  
quod Agesilao Regi Spartano, principi Ethnico de  
patriæ salute & gloria cogitanti, in mentem venit,  
quando ingenti Corinthiorum strage edita, fugien-  
tes in urbem, obsidere cœpit, & exsorum cadaveri-  
bus conspectis, Eheu, ait, satum Græcis, quæ tot  
fortissimos viros amisit, quorum opera vel Persarum  
Imperium debellare poterat? Utinam & ipsi, & ij qui  
nobis pacem & offerentibus & flagitantibus, de re Sa-  
cramentaria bellum indicunt & faciunt, saltem ea re,  
quod nunquam quicquam hactenus obtinere potu-  
erunt; quod Antichristo rem gratissimam, se se à con-  
seruis

### S Y N O P S I S .

seruis sciungendo, faciunt, moti, socia nobiscum ar-  
ma iungant aduersus Antichristum? Vtinam nobis-  
cum in eadē acie stare, quām seditionē inter fidei do-  
mesticos; & commilitones (nihilo certe donis Spir-  
itus sancti & armorum spiritualium apparatu, & ala-  
critate pro defensione Euangelijs per Christi gratiam,  
inferiores) mouere malint; Vtinam Ch̄ristum in suis  
membris, magnificere & amare discant. Nos sanè,  
optimè nobis concij, tum quia veritas à nostris stat  
partibus, tum quia Ecclesiæ caussa sèpè pacem illis  
obtulimus: non dubitamus Deum sanctæ nostræ  
caussæ semper esse benedicturum.

3. Intueatur etiam ingeniosa & pia Iuuentus,  
magnorum & illustrium Ecclesiæ Doctorum & lu-  
minum exempla, quæ testantur eos, vbi sese graui-  
terrauisse animaduertissent, sententiam in melius  
mutauisse. Eusebius historiæ Ecclesiastice auctor, an-  
te Nicenam Synodum Ariana hæresi imbutus fuit;  
sed erroris conuictus, eundem piè abiecit: ac sunt  
qui Symbolum Nicenum ab eodem conscriptum  
esse, perhibeant. Augustinus initio Manichæus fuit,  
ac religiosæ matri Monicae diuturni & ingentis lu-  
sus auctor extitit. Sed hanc consolatus est Ambro-  
sius, Mediolanensis Episcopus, dicens: Eilius tot tan-  
tarumque lacrymarum perire non potest. Actanta  
fuit Augustini senis virtus, tantum veritatis studium,  
vt iam olim Orthodoxam amplexus religionem, se-  
nex Retractionū libros scripscerit, commemorabi-  
lis anè studij erga veritatem & modestiæ exemplo. Ac  
profectò digna est memoria hæc illius sententia:  
*Non errare, Angelicum est: errorem defendere, diabolicum.*

Philippus

ORATIONIS

Philippus Melanchthon, lecto, Doctoris orthodoxi & pij, D. Oecolampadij, celeberrimæ BASILIENSIS Ecclesiæ vigilantissimi Antistitis, Dialogo de Eucharistia, locum dedit nostræ doctrinæ, quam esse veram tum animaduertit: & postea cum nostrarum Ecclesiastum doctoribus & pastoribus, constanter vsq; ad extremum vitæ spiritum pacem, sanctè coluit. Horum optimorum virorum exemplis lucentutem commoveri equum est, sic vt eos non audiat, qui, vt Augustini verbis vtar, Nimiris peruersè scipso sicut, & ideò alios errare volunt, vt ipsorum errores lateant: qui sectæ alicuius Androclidas agunt, & sibi pedaneos suffragatores querunt & conciliant; nec tamen hos aliter tractant, quām olim Dionysius tyranus suos parasitos, quos Saliuam ipsius lingere, & nectaris habere loco, necesse erat.

4. Semper autem intueantur omnium ordinum & ætatum homines, Iesu Christi Domini nostri, qui Veritas & Sapientia nostra est, exemplum; ac sapè ð x̄i s̄d, ðv π̄x̄i s̄d π̄ḡd n̄l̄t̄ ð̄l̄t̄ Mihivenerandæ antiquitatis instar est Christus, cui non dicto obtemperantem esse, manifestum est exitium. Et illud beati Martyris Cypriani: Non quid hic aut ille ante nos dixerit, est attendendum, sed quid dixerit Christus, qui ante omnes est. Christum Iesum itaq; audiamus, amenus, spiremus, imitemur, celebremus, & in ipso in sempiternum vnum esse exoptemus.

Cætera Magnificus Dominus Cancellarius, Illusterrissimi Principis nomine, iam est edicturus.

Quum

# LECTORI AEQVO

S. D.

VVM IN CONTROVERSIA DE S. EVCHA-  
ristia, conveniat alioquin dissidentibus, quod posita hac Hypo-  
thesi: Infideles, licet Cœna illa Domini vntantur, carnem tas-  
men Christi non edunt: necessariò sequatur, tantum fidei ore, & à solis  
fidelibus, spiritualiter, illam manducari: fert animus hypothesen illam  
demonstrare.

1. Si homo infidelis non percipit Christi carnem, in Verbo: multò mis-  
sus in Sacramento (quod est visibile verbum) illud percipit. Ratio. Nam  
in utroque Christus annunciat & offertur percipiendus. Et si nequeant  
iungi, Verbum sufficit sine Sacramento: ut ex eo colligi potest, quod mul-  
tis mundi seculis Sacramentalia illa signa, Circumcisio, Pascha, Manna,  
Baptismus, Eucharistia, non fuerunt in vñ, quum nondū essent sancta:  
& quod Circumcisio & Pascha, olim diu fuerunt intermissa. E contra  
Sacramenti sine verbo nullus est vñus.

Verum est quod antecedit. Nam quæ concordia Christo cum Bes-  
tial: aut quæ pars fidei cum infideli. 2. Cor. 6. 15.

Verum igitur est & quod sequitur.

2. Si olim non Saluandi (bi sunt infideles, Marc. 16. 16.) etiam si cara-  
ne circumcisisti essent, corde tamen incircumcisisti erant. Tum sequitur, non  
saluandos seu infideles, etiam si aqua tintelli sint à Ministro verbi: asper-  
sione tamen sanguinis Christi, non esse sanctificatos: eosdem, etiam si ves-  
cantur pane Domini & bibant è poculo illius, tamen non edere Christi  
corpus, nec bibere eius sanguinem. Ratio, Quia Paulus nobis Circumcis-  
sionem Christi tribuit, Col. 2. II. Patribus autem tribuit baptismum  
& Eucharistiam. 1. Cor. 10. 2. 3.

Verum est quod antecedit. Acto. 7. 51.

Verum igitur est & quod sequitur.



PSAL. 119.

Superbi deriserunt me plurimum : à doctrina tamen tua non  
discessi.

ERASMVS.

Irrideri ab improbis, laudari est.

P R E C A T I O N E

Non ego dura pati discrimina mille recuso,  
Dum tua constanti tueor mandata labore.  
Sed ne deficiam, ne seuo vincar ab hoste,  
Tu mihi praestò veni, tu suffice robora fesso.

Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

Errata sic corrigenda.

Fol.) (2.l.lin.8.b.l.21. dele opponat, fol.B.b.lege Sacra sancta. Ibid.lin.19.  
αλιθεα p.B.2.a.l.13. post dictiōnem, summaque, dele punctum. Ibid.  
b.l.29. finis. p.B.3.a.l.3. inhabitare. ibid.b.l.2.adibiberi. B.4.a.l.28.vir-  
tutis. fol. C.b.l.18. lege: & si ita, ut dictū est hactenus, conuenit. C.2.b.l.  
10. Συσοιχειώσεως fol. D.2.a.l.26. nuncupata. D.3.b.l.11. aduersarie.  
D.4.a.l.18. erat Christus. fol. E.3.b.l.20. patris. Ibid.lin.22. dele syllab-  
am treis. E.4.b.l.20. pro in, lege in. Ibid.l.23. à vero. fol. F.a.l.16. à ves-  
ro. Ibid.b.l.9. & ειλογία. Fz. a.l.11. inuestigationi. Ibid.b.l.27. Deipas-  
ram. F.3.a.l.12. Apostolicis. Ibid.l.34. lege, (nam Con. syllaba. Ibid.b.lin.  
vlt. in via seculi. fol. G.al.15. lapide,) Ibid.b.l.19. in posterum. G.2.l.25.  
ευδομία, quæ. G.4.l.1. Quod. Ibid.l.9. & 10. Cætera. Ibid. l.24. iudic-  
atis?) Ibid.b.l.22. vero. H.2.a.l.27. dele an.

HEIDELBERGAE



M. D. LXXXIII.

1005822

SACRED PAGE

W. D. FAXHAW